



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY



ACADEMIAE HARVARDIANAE
VE RI TAS

QUAESTIONES

AD

PARTICIPIORUM USUM THUCYDIDIUM PERTINENTES.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

LUDOVICUS NAGEL

MARCHICUS.



HALIS SAXONUM

MDCCCLXXXV.

Parentibus carissimis.

Praefatio.

Thucydidem historiae iuste scribendae inventorem, cum ingenio ad brevitatem orationis efficiendam incitaretur, quemlibet usum a rerum scriptoribus, rhetoribus, poetis traditum non solum libenter suum fecisse, sed etiam quotiens e re fore putaret, consulto auxisse et amplificavisse inter viros doctos constat; neque tamen desunt, qui scriptorem interdum in adhibendis participiis licitos fines egressum esse contendant. Quod num iure affirmetur non satis elucet ex dissertatione Balkenhollii[1]), qui primus de participiorum usu Thucydidio copiose egit; nam cum grammaticorum more varios usus enumeraverit atque exemplis illustraverit, facile quidem cognoscitur, ubi scriptor a reliquorum sermone recedat, minime vero, num nonnunquam ita loquatur, ut Graecorum sensum offenderit. Quare accuratius quaeramus de participii Graeci natura oportet, ut hac quantum fieri potest perspecta quasi normam habeamus in participiorum usu Thucydidio illustrando. Classenius[2]) demum, quamvis quae

---

[1]) De participiorum usu Thucydidio. Diss. inaug. Gottingae 1882.

[2]) Betrachtungen über den hom. sprachgebrauch. Frankf. 1867.

disseruit non omni ex parte mihi probentur, propius accessit ad participii naturam investigandam. At Homericus sermo idcirco minus aptum fundamentum doctrinae grammaticae videtur esse, quod et poeticus et nondum plane excultus est. Itaque operae pretium me facturum esse putavi, si participiorum usum Thucydidium illustrarem.

§ 1.

Primum igitur paucis exponam, quid de participio sentiam.

1. Qui adiectivorum cum participiorum usu obiter comparat, facile haec discrimina interesse cognoscit: primum, quod certis quibusdam locis adiectiva non usurpantur nisi addito participio verbi εἶναι; alterum, quod participia multo liberius collocantur quam adiectiva.

a) Viri docti vulgo docent, adiectum illud participium esse copulam. Cum vero copulae verbo fere eae formae verbi εἶναι significentur, quae una cum adiectivo (vel substantivo) quodam praedicatum enuntiati constituunt, non cognosco, quo iure viri docti participium verbi εἶναι adiectivis additum copulam appellent, quam etiam unicuique participio praedicative usurpato inesse parum recte tradunt. Quin etiam fuerunt, qui participii naturam tam male perspicerent, ut Thucydidem nonnunquam participium pro verbo finito usurpavisse contenderent.[1]) Nam participii natura paene eadem est atque adiectivi, neque igitur nisi addita vel subaudita copula praedicati vice fungitur. Quae cum ita sint, aliam causam propono, cur participium verbi εἶναι adiectivis adiciatur.

Classenius[2]) ad Od. *λ 144* εἰπέ, ἄναξ, πῶς κέν με ἀναγνοίη τὸν ἐόντα disseruit: „*vielleicht einzige Stelle, wo wirklicher artikel mit dem particip verbunden; es bezeichnet den accusativ des satzes in praegnanter weise, d. h. für den, der ich wirklich bin, worin schon das spätere* τὸ ὄν, ὡς ὄντως *anklingt.*“ Cum his

---

1) Vid. infra IV,2.

2) l. l. II.

velim comparetur, quod idem vir doctissimus adnotavit ad Thuc. *I 21,15 ταῦτα ἄν τις νομίζων μάλιστα ἃ διῆλθον οὐχ ἁμαρτάνοι . . . ὄντα ἀνεξέλεγκτα κ. τ. ἑ.* „*wie es denn in der that (dies die wirkung des voraufgehenden ὄντα) sich nicht völlig erweisen lässt.*“ — et hic locus *I 36,15 τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια ναυτικὰ sc. ἐστί* — neque iam temere nobis videmur contendere, non solum participio ante adiectivum collocato, sed unoquoque participio indicari, qualitatem adiectivo vel participio expressam vere nomini inhaerere. Quoniam vero etiam hoc pacto sine dubio adiectivum artius cum suo nomine copulatur, licet verbum copulae retinere, dummodo eius notionem recte accipiamus.

b) Ut alterum discrimen participiis cum adiectivis intercedens ad probabilem causam referamus, audiamus, quod Kernius[1]) praecepit, proprium subiectum cuiusque enuntiati iam exitu verbi finiti significari, cum substantivo illud accuratius definiatur. Quia non habeo quod contra dicam, mihi quidem verisimile videtur esse, participium modo cum substantivo modo cum vero subiecto artius copulari.[2]) Ita demum aliqua ex parte intellegitur, quomodo participium multis verbis a substantivo possit seiungi. Classenius distinxit inter participia attributiva, i. e. adiectivorum loco usurpata, et praedicativa, i. e. res indicantia, quae ad sensum integrum constituendum necessariae sunt; sed ipse confitetur, saepe esse difficile ad diiudicandum, utri generi participia apud Homerum sint adnumeranda. Apud Thucydidem vix ullo loco dubitamus, utrum attributive an praedicative participium sit usurpatum. Cuius rei causa sola est haec, quod articuli usus Homeri temporibus nondum plane excultus erat. Quapropter Homerus variis participii collocationibus uti non potuit, quibus haud minima ex parte ars Thucydidis continetur. Affirmare enim non dubito, varias participiorum rationes in sententiis variis collocationibus a Thucydide indicatas esse. Quoniam enim participiorum natura in universum ubique eadem est, nimirum scriptor lectoris iudicio aliter vix potuit subvenire.

---

[1]) Die deutsche satzlehre. Berlin 1883. pag. 30 sqq.

[2]) Vid. infra IV,1.

Participia aut solum substantivum, aut actionem verbo finito expressam illustrant. Illa igitur minus gravia, haec magni momenti sunt in sententiis; atque illa prorsus ut adiectiva cum substantivo copulantur, haec variis rationibus collocantur; illa et cum subiecto, quod dicitur, et cum obiecto coniuncta inveniuntur, haec nimirum semper ad verum subiectum spectant.

Medium quendam locum obtinent participia, quae sive subiecto sive obiecto tributa haec vi superant, velut participia cum verbis *δρᾶν, αἰσχύνεσθαι* coniuncta. Haec enim ut adiectiva fere propius ad nomen ponuntur, sed non licet eorum loco adiectivis uti, nisi addito participio verbi *εἶναι*, quamvis illud interdum omittatur et ibi etiam addatur, ubi non desideratur, velut *I. 36,15 τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια ναυτικά.*

2. Porro inter adiectiva et participia idem fere discrimen intercedit, quod est inter substantiva, quae notiones generales significant, et ea, quae res concretas sub illas cadentes indicant. Adiectivorum enim notiones plerumque ampliores latioresque sunt, quam quae possint actioni verbo finito propositae lucem afferre; contra participiorum notio per se iam angustior etiam magis coartari potest obiecto aliisve additamentis. Unde sequitur, participium tantum idoneum esse, quo certa quaedam actio ut qualitas nominis proponatur, cum vernacula lingua enuntiatis fere secundariis eas actiones proponere cogamur, quae ad primariam spectant. Itaque Graecorum sermo multis eius modi participiis adhibitis brevitate nostro sermoni praestat. Sed cum collocatione nihil nisi varia vis participiorum significari possit, ex sensu demum colligendae sunt variae illae rationes participio cum verbo finito intercedentes, quas coniunctionibus enuntiatis secundariis praemissis aperte significamus. Quare etiam Thucydidis brevitas nonnunquam obscuritatem procreavit, quam alibi adverbiis sive participio sive verbo finito appositis sibi evitandam esse putavit. Quaenam adverbia ita usurpaverit, invenies in Balkenhollii dissertatione §§ 14 et 15.

3. Quid intersit inter participium et infinitivum optime cernitur in duplici structura verborum *γιγνώσκειν, κωλύειν, περιορᾶν,*

quorum varias significationes non diversa verborum notione, sed diversitate structurae effici apparet. Consentaneum enim est, participia usurpari, quotiens actiones vel condiciones eis significatae nomini aut vere inhaerent aut ut vere inhaerentes cogitantur, contra infinitivos adhiberi, quotiens aut illae actiones una cum nomine tanquam adspici nequeunt, aut scriptoris interest, rem ipsi quidem minime dubiam urbane ut non ab omnibus concessam proferre.

4. Si quae hucusque de participio disputavimus probantur, cadit haec Bernhardyi[1]) sententia: *„Eine sehr eigentümliche erscheinung ist der nebensatz der griechischen sprache, das particip u. s. w.“;* nam ut adiectivum ita etiam participium enuntiatum appellare non licet. Neque etiam perspicio, quidnam nonnulli viri docti, velut idem Bernhardyus l. l., sibi voluerint disputantes, participium interdum apud Thucydidem pro verbo finito esse. Paene incredibile est, Hachium[2]) demum nuper cognovisse, quomodo rationis quasi legibus diu violatis subveniendum sit aut copula aut verbo finito subaudiendo aut recte interpungendo.

5. Jam omnes res graviores adumbravimus, ad quas respicientes participiorum usum Thucydidium illustrare nobis proposuimus. Disseremus enim

I. de participiis attributivis;
II. de participiis praedicativis;
III. de participiis verbum finitum illustrantibus;
IV. de locis quibusdam, quos in ipsa dissertatione attigimus.

I.

§ 2.

Participium attributivum plane ut adiectivum cum substantivo copulatur articulo. Quod cum triplici ratione

---

[1]) Griechische syntax, cap. XIV 10, pag. 470.
[2]) De participio Thucydidio I,1. Programm. Löbau W.-Pr.

fiat, videamus, quo consilio scriptor quamque rationem adhibuerit.

1) II 13,36. τοῖς περικειμένοις χρυσίοις.

Kruegero[1]) auctore hac participii collocatione indicatur, illius notionem maioris momenti esse quam substantivi, Matthiaeo[2]) videtur participium tam arte cum substantivo cohaerere, ut utriusque notiones paene coalescant, Braunius[3]) putat, participio contrariam quandam notionem tecte refutari. Exemplum adscriptum luce clarius demonstrat, Matthiaeum solum recte iudicavisse, cum quidnam illi περικειμένοις opponatur, non videam, atque cur participium magis prematur quam χρυσίοις ne minima quidem sit causa.

2) I 95,11. ἀδικία πολλὴ κατηγορεῖτο αὐτοῦ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τῶν ἀφικνουμένων.

Ex contextu sententiarum perfacile colligeretur, si participium omissum esset, haec dici de Graecis ab exercitu venientibus; itaque Braunio adstipulamur confirmanti, participium ut supra cum nomine iunctum rem continere, quae iam ipso substantivo tecte indicetur. Neque idcirco mirum est, quod apud Thucydidem haec copulandi ratio perraro tantum invenitur, cum brevitatis amantissimus scriptor potius obscurius quam copiosius loquatur. Nolim tamen cum Braunio contendere, participio substantivi notionem non immutari, quia participio imperfecti demum indicatur, Pausaniam non ab eisdem hominibus, sed quotiens quis in patriam redibat, accusatum esse.

3) I 25,15. γέρα τὰ νομιζόμενα.

Apparet participium eo magis lectoris animum in se convertere, quo minus post substantivum articulo non instructum participium addi exspectatur. Neque tamen Classenius[4]) iure videtur docere, notionem participii etiam magis premi quam substantivi, neque Braunius, substantivo tecte aliam notionem opponi. Si enim comparaverimus inter se hos locos *I 11,13* μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι, *I 67,11* ξύλλογον σφῶν αὐτῶν

---

[1]) Gr. gr. 50, 8, 1 no 1.
[2]) Gr. gr. § 277.
[3]) Progr. Braunsberg 1860/61.
[4]) adnot. ad I, 1, 6.

ποιήσαντες τὸν εἰωθότα, 71,12 πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων, 139,12 ἀνδραπόδων ὑποδοχὴν τῶν ἀφισταμένων, II 34,11 γυναῖκες πάρεισιν αἱ προςήκουσαι — vix dubitabimus, quin substantivum quidem ubique premendum sit, sed pariter etiam participium, quippe quo demum illius notio certis finibus circumscribatur. Itaque et substantivum et participium parem vim habent. Cum vero non habeamus, quid notionibus *ξύλλογον* (*I 67,11*) et *ἀνδραπόδων* (*I 139,12*) merito opponamus, ac ne reliquis quidem locis (*μέρει, ἀνθρώπων, γυναῖκες*) quidquam opponeremus, nisi scriptor iam antea contrarias notiones (*ἀθρόοι, θεῶν, ὁ βουλόμενος καὶ ἀστῶν καὶ ξένων*) commemoravisset, Braunii sententiam non sequimur.

4. Participii additamentis instructi has potissimum collocationes apud Thucydidem reperimus:

α) *I 15,13 ἐς τὸν πάλαι ποτὲ γενόμενον πόλεμον.*

Additamenta ante participium collocata hoc magis efferenda sunt. Eadem de causa *καλούμενος* plerumque additamentum sequitur; cfr. Braun. l. l.

β) *I 90,6. ἐφοβοῦντο τὴν ἐς τὸν Μηδικὸν πόλεμον τόλμαν γενομένην.*

Huius modi traiectione Thucydides saepius utitur (cfr. *I 11,19. II 18,13. III 54,18. 56,5. 63,8. 67,11*) eo fortasse consilio, ut substantivi vim, cum magis necopinato ante participium ponatur, augeat. Animadvertendum autem est, saepius participia *γενόμενος* et *ὤν*, quae per se nihil novi continent, sic collocari.

γ) *II 15,18. ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα.*

Participio nihil novi proponitur; cfr. supra 2.

δ) *IV 107,6. τὴν προύχουσαν ἄκραν ἀπὸ τοῦ τείχους.*

Participium magis premitur quam additamenta.

ε) His locis *V 24,12. ταῦτα δὲ τὰ δέκα ἔτη ὁ πρῶτος πόλεμος ξυνεχῶς γενόμενος γέγραπται* et *VI 64,24. εἶναι δὲ ταῦτα τοὺς ξυνδράσαντας* —

non tam quaesitam quam casu effectam esse traiectionem putaverim, cum vix perspiciatur, cur additamenta magis efferantur quam participia, et insolentior verborum ordo videatur ortus esse ex difficultate quadam sententiae apte cum praecedente nectendae.

5. Duo attributa eidem substantivo adiecta aut prorsus

eandem vim habent, aut alterum altero artius cum substantivo cohaeret, ita ut cum eo paene unam notionem efficiat. Cum participia parem vim praebentia coniunctione inter se copulentur, haec hisce fere modis collocantur:

α) III 63,7. τῆς τῶν Λακεδαιμονίων τῶνδε ἤδη ἐπὶ τῷ Μήδῳ ξυμμαχίας γεγενημένης.

β) I 23,16. ἡ οὐχ ἥκιστα βλάψασα ἡ λοιμώδης νόσος.

γ) I 96,8. ὁ πρῶτος φόρος ταχθείς.

Classenius hoc loco nullo iure eandem agnoscit traiectionem, quam modo *(4,β)* vidimus, ubi additamenta participii ante substantivum inveniuntur. Neque etiam hic locus *I 18,1* οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐπὶ πολὺ καὶ πρὶν τυραννευθείσης huc pertinet. Placet igitur Kuehnerum sequi qui docet, saepius attributum inclusum, ut ita dicam, subsequi substantivum articulo non repetito. Animadvertendum vero est, locis adscriptis participium minime praedicativam vim habere, cum iam antea cogitetur quam legatur.

§ 3.

Cum participium inter articulum et substantivum collocatum cum hoc paene coalescat, mirum non videtur, quod persaepe substantivum, si facile subintellegitur, omnino non commemoratur, sed articulo tecte significatur. Non respicio hic substantiva, velut γέρων, θεράπων, quae aeque ac nostra *‚freund'*, *‚feind'* participia verborum iam pridem obsoletorum esse Classenius (l. l. II) monuit, aut velut ὁ ἄρχων, οἱ προσήκοντες, quae perpetuo usu plane substantiva facta sunt, quamvis verba ἄρχειν etc. vigerent, sed participia, quae scriptor consulto substantivorum loco adhibuit. Neque enim dubium est, quin Thucydides huiusmodi participia frequenter usurpans id spectaverit, ut homines et res magis sub adspectum venirent. Operae vero pretium non facerem, si omnia illa participia a Thucydide usurpata enumerarem. Hoc tantum attigisse sufficiat, illa et homines certo quodam tempore agentes (apud Homerum semel tantum Classenio auctore participium huic rei inservit) et eos significare, qui certo quodam tempore ut agentes finguntur (velut ὁ βουλόμενος). Huius generis participia saepe in orationibus occurrunt et in eis iuste aestimandis

respicienda sunt. Lepide enim qui verba faciunt eo, quod illo pacto sententias generales proponunt, modo suas sententias ut ab omnibus concessas pronuntiant, modo supersedent, nimis aperte vel laudibus efferentes vel exprobrantes audientium animos offendere. *Cfr. I 32,1. 33,2. 34,10. 39,2. — 40,6. 21. 41,13. 14. 43,6. 7.*

Participiorum vero articulo τὸ instructorum usus dignus est, qui accuratius exponatur. Omnia participia huc pertinentia Balkenhollius (l. l. pag. 11) iam collegit, neque tamen in genera distribuit vel quomodo inter se differant uno verbo attigit. Quia vero nobis proposuimus Graecorum sensum quantum fieri potest enucleare, participia passivi, velut *II 13,47* τὸ φυλασσόμενον τοῦ κύκλου negligere licet, cum a nostra loquendi ratione partim haud ita multum partim omnino non abhorrent. Solum hoc *II 63,1* τῆς πόλεως τῷ τιμωμένῳ difficile est ad explicandum. Nam cum ut alibi vertere cupiamus: „*ei quod honoratur*", ratio nos docet, illo participio significari „τῷ τιμᾶσθαι". Classenius vertit: „*der ehrenden stellung*", neque tamen exposuit, qua ratione participium Graecum illam significationem possit habere. Universa participiorum ratio subverteretur, si statueremus, ea pro infinitivis usurpari, cum hi substantivi, illa adiectivorum naturam praebeant. Nunquam enim participium sine re quadam vel persona potest cogitari, cuius qualitatem contineat. Ita e sententiarum nexu colligitur, ad τὸ μέλλον (*I 84,1* cunctatio) aliam notionem cogitandam esse atque ad τὸ μέλλον, si valet „futurum tempus". Aliud est τὸ βουλόμενον τῆς γνώμης, aliud τὸ βουλόμενον (sc. μέρος τῶν πολιτῶν *IV 49,3*); et cum apud Thucydidem τὸ παρὸν semper valeat „status praesens", a Plutarcho τὸ παρὸν pro τοὺς παρόντας dictum esse, Wyttenbachius[1]) adnotavit. Ita vero etiam Thucydides dixit τὸ κωλῦσον, τὸ ἐπιόν. Quibus exemplis potissimum demonstratur, ad huiuscemodi participia semper subintellegendam esse quandam notionem, quamquam persaepe vix affirmare licet quam notionem Graeci subaudiverint. Jam vero quaeritur, quae notio ad τῷ in τῷ τιμωμένῳ sit subintellegenda, ut hoc possit paene valere τῷ τιμᾶσθαι. Prospere vero

[1]) Animm. in Plut. Morall. pag. 980.

accidit, ut nota Graecorum loquendi ratio huius loci tenebras aliqua ex parte removeat. Nam plane eadem divinandi necessitas nobis quidem venit, si legimus τὸ τῆς πόλεως, cum pro τὸ notiones velut *‚zustand‘*, *‚lage‘*, *‚verhältnis‘* etc. vertere soleamus. Illud τὸ igitur non solum res sub adspectum venientes, sed etiam notiones abstractas indicat. Atque ut illud τὸ genitivo τῆς πόλεως artius circumscribitur, ita etiam adiectivum vel participium videtur eodem munere fungi posse. Quare τῆς πόλεως τῷ τιμωμένῳ legentes duo attributa articulo τῷ adiecta esse putamus, quorum alterum (τῆς πόλεως) includens, alterum (τιμωμένῳ) inclusum est, neque idcirco placet statuere, genitivum pendere e τῷ τιμωμένῳ. Si igitur vertimus: *„dem geehrt werdenden zustande der stadt“*, a Graecorum sensu haud ita multum abesse nobis videmur. Qua explicandi ratione probata ne hi quidem loci iam scrupulos movent:

I 142,22 ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται.

Placet ad τῷ cogitare notionem quandam velut *‚verhalten‘*. Attamen iure quis dubitaverit, num liceat dicere: *„infolge des nicht übenden verhaltens“* vel: *„dem geehrt werdenden zustande“*, quia ita substantivis qualitates tribuantur, quae proprie pertineant ad homines. Equidem puto illam loquendi rationem haud magnopere discrepare a nostra, cum loquimur: *„eine sitzende lebensweise“* vel *„das sehnende verlangen“* vel *„eilenden laufes“*. Quod vero Classenius ad nostrum locum adnotavit, rem obscuram non illustrat; disputat enim haec: „τῷ μὴ μελετῶντι, *der mangel an übung, doch in concreterer bezeichnung: bei dem nicht zum üben kommen können*“. De facultate exercendi participio nihil indicatur, sed continet veritatis quandam significationem, cum magis quam infinitivo τῷ μὴ μελετᾶν participio prematur, condicionem commemoratam veram esse. Idem multo magis elucet ex hoc loco:

V 9,8 ἕως οὖν ἔτι ἀπαράσκευοι θαρσοῦσι καὶ τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος τὴν διάνοιαν ἔχουσι κ. τ. ἑ.

Haasius[1]) de hoc loco haec disseruit: *„non quadam*

---

[1]) Lucubrr. Thucydd. pag. 40.

variandae orationis libidine sed subtili quadam verissimaque ratione τοῦ μένοντος *scriptum esse pro* τοῦ μένειν, *facile iam arbitror e superioribus intellegi; est enim fere idem ac si Latine dicas, magis ut evadant quam ut manentes sint cogitant*". Haec mihi quidem parum recte disputata videntur esse; nam neque exempla, quibus ille vir doctissimus nititur, cum nostro loco iure comparari possunt, neque apparet, cur Thucydides non scripserit τοῦ μένοντες εἶναι, si revera notionem μένειν efferre vel condicionem manentem voluit significare. Ita enim *III 21* μεταπεμπόμενοι ἦσαν, *II 10,3* ξυνειλεγμένον ἦν pro verbo finito propterea videtur dixisse, ut condicio participio indicata ut perdurans proponatur. Accedit quod ne minimam quidem causam indagare possum, cur illud μένειν magis prematur quam ὑπαπιέναι, quod equidem, cum rem minime exspectatam contineat, vel magis quam illud premendum esse censeo. Quapropter nostro loco nihil nisi varietatem loquendi agnosco et τὸ μένον ratione supra exposita explico. Ceterum scriptori non aeque licebat dicere τοῦ ὑπαπιόντος pro τοῦ ὑπαπιέναι, quia re vera non abibant; at τοῦ μένοντος veram condicionem iuste significat. Solum igitur discrimen inter infinitivos et haec participia hoc videtur esse, quod his condicio ut vera et ad homines, de quibus sermo est, vere pertinens commemoratur, cum infinitivus illam condicionem ut eam proponat, quae esse possit. Velim comparetur cum hac sententia id, quod supra (§ 1,a) exposuimus de vi participii ὤν adiectivis appositi.

VII 83,3 ὅμως δὲ τῆς νυκτὸς φυλάξαντες τὸ ἡσυχάζον ἔμελλον πορεύεσθαι.

Cum τῆς πόλεως τῷ τιμωμένῳ valeat: „*dem zustande der* stadt, *in welchem* sie *geehrt wird*", verba τῆς νυκτὸς τὸ ἡσυχάζον eodem pacto vertere non licet, sed hac ratione: „*den zustand der* nacht, *in welchem* alles *ruht*". Minus offenderet solum participium τὸ ἡσυχάζον, atque melius fortasse τῆς νυκτὸς cum πορεύεσθαι iungitur et post νυκτὸς et ἡσυχάζον interpungitur.

Tractavimus hucusque participia τὸ τιμώμενον, τὸ μελετῶν, τὸ μένον, τὸ ἡσυχάζον, quorum loco infinitivus desideratur, et operam dedimus, ut probabilem causam insolentioris participii pro infinitivo usus proponeremus. Contendimus enim statum,

qui etiam infinitivis articulo instructis potuit significari, articulo τό, qui apud participia simul notionis cuiusdam loco est, ut certum et sub adspectum venientem lectoribus indicari. Neque aliam explicandi rationem haec participia mihi quidem videntur admittere:

1) I 90,9 τὸ βουλόμενον τῆς γνώμης.

Kruegerus ad Dionys. Historr. p. 231 adnotavit: „τὸ βουλόμενον *legitur I 90. VII 49. Et hac ratione optimi quique scriptores participio utuntur, eosque sequitur Dionysius*". Multo maioris momenti est, quod etiam apud Antiphontem illud participium invenitur; nam inde sequitur, Thucydidem non prorsus inauditam loquendi rationem praebere.

2) II 59,12 τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης.

3) VII 68,5 τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης.

4) VI 24,4 τὸ ἐπιθυμοῦν (τοῦ πλοῦ).

5) I 36,3 τὸ δεδιὸς (αὐτοῦ).

6) I 36,4 τὸ θαρσοῦν (μὴ δεξαμένου).

7) I 84,1 τὸ βραδὺ καὶ μέλλον.

Non dubito τὸ μέλλον referre inter verba affectum. Quod vero Hachius (l. l. I,5) disputavit, hoc participium vix ferri posse, potius τὸ δοκοῦν, τὸ λυποῦν, iam dignum non videtur, quod uno verbo refutetur.

Classenius ad I,90 adnotavit: „τὸ βουλόμενον *eigentlich das wollende in uns, daher der wille in concreterer bezeichnung*". Num putemus Thucydidem re vera medicorum more significavisse eam animi partem, cui est facultas volendi? Neque etiam ex Classenii verbis satis elucet, utrum hac notione ‚*facultatem volendi*' an ‚*id, quod volebant*' significet. Cum vero, ut opinor, hoc voluerit indicare, sed ‚*das wollende in uns*' tantum ‚*facultas volendi*' esse possit, perspicere non possum, quanam cogitandi ratione Thucydides illas notiones inter se commutaverit. Quare vertentes ‚*den wollenden zustand*' propius ad Graecorum sensum accedere nobis videmur. Indicat enim scriptor, Lacedaemonios re vera aliquid in animis habuisse.

Cum ad partipia, de quibus supra disputavimus, notio abstracta sit subintellegenda, ad reliqua magis minusve concretae cogitantur et semper verti possunt per ‚id, quod etc.'

Praeterea pro his infinitivi articulo τὸ instructi usurpari nequeunt. Haec participia ita enumeraturi sumus, ut

a) primum ea proponamus, quae fere nostro sermone substantivis abstractis redduntur,

b) deinde ea, quae res vel homines certos significant.

a) 1. (τῷ ὄντι). Solum τὸ ὂν apud Thucydidem non exstat; sed *II 13,52* legimus τὸ ἐν φυλακῇ ὄν. Apparet ad τὸ cogitandum esse fere μέρος τοῦ κύκλου. Cum autem τῷ ὄντι sit ‚re vera', neque sentiamus, quaenam res ad τῷ merito subintellegatur, equidem malim hoc participium antea propositis adnumerare et subaudire notionem status. Nam inter τὸ εἶναι et τὸ ὂν pariter atque inter τὸ μένειν et τὸ μένον iterum hoc interesse existimo, quod participium statum, qui re vera est, infinitivus eum, qui esse potest, significat. Diiudicare non audeo, utrum notio status an certae quaedam res cogitandae sint ad articulum horum participiorum: τὸ ὑπάρχον — τὸ παρόν — τὸ μέλλον τοῦ πολέμου — τὸ γενόμενον (γενησόμενον) — τὸ παρατυγχάνον — τὸ ἀποβάν — τὸ ξυμβαῖνον — τὸ καθεστηκός — τὸ ξυγκείμενον; cfr. Balk. l. l. p. 11. Omnia illa verba sub notionem generalem εἶναι cadunt.

2. Sequuntur participia, quae pertinent ad verba impersonaliter vel absolute usurpata:

τὸ ξυνενεγκόν — τὸ ξυμφέρον — τὸ εἰκός — (ἐν δέοντι) — τὸ δοκοῦν — τὸ δόξαν — τὸ δεδογμένον — τὸ λυποῦν — τὸ ἡδονὴν ἔχον — τῷ ἐλλείποντι αὐτῆς (schol. ἐλλείψει) — ἐκ τοῦ περιόντος (schol ἐκ τοῦ ὑπερβάλλοντος) — τῷ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν — ἐν τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης — τὸ ἀεὶ παρεῖκον τοῦ κρημνώδους τῆς νήσου.

b) 1. τὸ ὑπερέχον τῶν ἐναντίων — τῷ περιόντι τοῦ στρατοῦ — τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς — τὸ μαχόμενον (sc. μέρος τῶν Βοιωτῶν) cfr. τὸ μήπω μεμαχημένον — τὸ βουλόμενον (sc. μέρος τῶν πολιτῶν; nam antea legitur ἦν τι βουλόμενον). Apparet ad illa participia μέρος vel simile quid subintellegendum esse.

2. τὸ θεραπεῦον — τὸ κωλῦσον — ὀλίγον δ' ἦν τὸ πιστεῦον τῷ Ἑρμοκράτει καὶ φοβούμενον τὸ μέλλον — τὸ μὴ ὑπεῖκον — τοῦ εἴκοντος — τὸ ἐπιόν.

Quoniam haec participia multitudinem hominum significant, nimirum nomen quoddam collectivum subaudiendum vel potius divinandum est, cum vix suppeditet substantivum, quod plane aptum sit. Notandum autem est, sola participia τὸ θεραπεῦον et τὸ κωλῦσον ad verba transitiva pertinere.

§ 4.

a) Participium cum substantivo fere genere, numero, casu congruere plane consentanenm est. Attamen Thucydides persaepe anacoluthias eo effecit, ut constructione quadam ad sensum, quam vocant, adhibita participia non videantur habere quo referantur. Quoniam hac de re infra (IV,3) copiosius acturi sumus, commemoravisse sufficiat, anacoluthiarum illarum originem ubique perspicuam esse. Quamquam loci qui sequuntur orationis speciem praebent, quae, ut Hauptii verbis utar, concessam Graeco sermoni libertatem excedere videtur.

VI 1,10 καὶ τοσαύτη οὖσα ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα. Pro extremo οὖσα recentiores editores εἶναι in textum receperunt.

Neque ullam difficultatem praebent haec, de quibus dubitavit Hauptius:[1]) *I 2,18* τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν, ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί. Nam cum ἐπὶ πλεῖστον plane adverbii vice fungi et temporalem significationem habere Classenius satis multis exemplis probaverit, non est, cur τὸ ἐπὶ πλεῖστον velut τὸ πάλαι dici posse negemus. Atque quod Hauptius porro disputavit: „*id* — ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον — *cum iubeamur pariter referre ad* ἀστασίαστον οὖσαν *atque ad* οἱ αὐτοὶ ἀεὶ ᾤκουν, *facere iubemur, quod fieri nequit*“, aliqua ex parte recte iudicavit, sed eum fugit, minime opus esse illa verba cum ᾤκουν iungere, cum adverbio ἀεὶ paene idem indicetur quod verbis ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον.

Per se intellegitur, duas usitatas loquendi rationes errore sive scriptoris sive librarii confusas esse his locis *IV 63,1* καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους et

---

[1]) Opusc. III pag. 403.

V 7,7 οὐ βο υλόμενοςαὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους . . . βαρύνεσθαι. Nam cum praecedente τὸ infinitivos παρεῖναι et καθῆσθαι exspectemus, participialegentesitasentimus, quasi scriptor priore loco pro διὰ τὸ scripsisset διὰ τούς, altero omnino non διὰ τὸ adhibuisset. Pariter fere res sese habet hoc loco *VIII 105,9* πρὶν οἱ Πελοποννήσιοι διὰ τὸ κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκοντες ἤρξαντο μέρει τινὶ σφῶν ἀτακτότεροι γενέσθαι. Levi tantum sensus discrimineauctor scribere potuit aut διὰ τὸ κρατήσαντες... διώκειν (quod deteriores tantum codices exhibent), aut διὰ τὸ κρατῆσαι.. διώκοντες. Quare statuimus, scriptorem fortasse a proposito aberrantem διώκοντες scripsisse, cum putaret, se antea infinitivo κρατῆσαι usum esse.

Quoniam igitur erroris ansa locis adscriptis manifesta est, iure mihi videor contendere, insolentem loquendi rationem referendam esse ad solam neglegentiam sive scriptoris sive librarii, minime vero ad inscitiam quandam, quam Hauptius Thucydidi videtur vindicare cum scribit „*Thucydidem luctari quasi cum sermone multaque committere, quae excusari possint, laudari autem et tanquam perfectae artis exempla commendari neutiquam debeant.*“ Auctori enim, qui participiorum usum summa cum arte amplificaverit et excoluerit, satis iudicii fuisse concedere debemus, ut quatenus sermonis vel rationis legibus servatis in adhibendis participiis procedere liceret, prorsus perspiceret. Quapropter ei operam et oleum perdidisse mihi quidem videntur, qui, velut Hachius, corrigendo, delendo coniciendo illos locos emendare conati sunt, vel qui illis locis nisi διὰ τὸ pro διὰ τοῦτο dictum esse et, ut ὡς subiectivam, ita illis voculis participio additis obiectivam causam indicari contenderunt.

b) Libenter Haasio[1]) adstipulor disputanti, participio articulo τὸ instructo adiectivum non posse adiungi et pro tradito ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι scribendum esse ἀξιοῦν τι. Quae vero disseruit, ut huius rei causas proponeret, subtiliora quam veriora videntur esse. Multo simplicior saltem haec ratiocinatio est. Supra iam diximus, adiectivi notionem latius patere quam participii. Quare absurdum esset, si angustior notio latiore definiretur, atque unusquisque iusto

---

[1]) l. l. pag. 38 sqq.

sensu praeditus articulum cum adiectivo iungeret. Itaque sive τῷ δόξαντι καλῷ, sive τῷ καλῷ δόξαντι legentes semper nostram rationem sequentes καλῷ inclusum, δόξαντι includens attributum notionis ad articulum cogitandae putabimus.

II.

§ 5.

Participium praedicativum seu nominis vim superans cum hoc articulo non copulatur. Idem valet de adiectivis, velut *I 49,21* ἐνέπρησαν τὰς σκηνὰς ἐρήμους, *II 93,25* τὰς τριήρεις ἀφείλκυσαν κενάς; sed persaepe his adiectivis adicitur participium ὤν. Iam vero, cum grammatici fere praecipiant, si adiectivum sine articulo ante vel post substantivum articulo instructum collocetur, adiectivum loco enuntiati secundarii esse, cuius praedicatum constitueret, quaerere debemus, quanam de causa Graeci modo solo, modo participio ὢν instructo adiectivo usi sint, vel, cum ὢν copulam non esse supra ostenderimus, cur qualitas adiectivo expressa modo magis, modo minus dilucide ut nomini vere inhaerens proponatur. Quia autem hanc rem infra accuratius tractaturus sum, hic tantum commemoro, certum quidem discrimen vix inveniri, sed in universum ea participia participio ὢν insigniri, quae magis minusve ad actionem verbo finito expressam spectant.

Ex eis quae modo adumbravimus satis elucet, cur genitivis absolutis adhibitis et quotiens notio verbi finiti aut completur aut accuratius definitur participiis, haec praedicativa collocatione premantur. Nam in genitivis absolutis nimirum participia vi superant nomina, quae apud Thucydidem persaepe omittuntur et e contextu subintellegenda sunt, velut *I 1,3* ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου (sc. πολέμου), *2,9* ἀτειχίστων ἅμα ὄντων (Class: *da man noch keine mauern hatte;* similiter pronomen quoddam indefinitum subaudiendum est *I 3,9* et alibi saepe). Quoniam autem nostrum non est exponere, cur

ipse genitivus a Graecis usurpatus sit, haec tantum de genitivo absoluto dicam:

α) A nostra loquendi ratione abhorret Thucydidia, cum genitivo absoluto verbo finito accuratior definitio apponitur, quam vernacula lingua nomini tribuere solemus per enuntiatum relativum. *I 89,10 Σηστὸν ἐπολιόρκουν Μήδων ἐχόντων.* Idem participium reperitur *I 94,6. 98,1. 103,10. 107,15. 113,1* et alibi.

V 1,7 Ἀτραμύττειον Φαρνάκου δόντος αὐτοῖς.. ᾤκησαν; cfr. I 138,25.

Alia participia exstant *V 4,1. 39,2 (= VIII 60,2). VII 2,8.*

Nolim huc referre cum Balkenhollio *V 46,34 νομίζοντες ἀδικεῖσθαι .. παραγαγόντος Ἀλκιβιάδου ἐποιήσαντο σπονδάς,* quia hic locus minime discrepat a sexcentis aliis, velut *I 89,2. 102,3* etc., quibus genitivus absolutus plane ex nostro sensu verbum finitum illustrat.

β) Non tam Thucydidius quam per se memorabilis est usus, cum ratione pereleganti interrogationes indirectae, quas vocant, genitivi absoluti formam sibi induunt. *IV 20,10 πολεμοῦνται γὰρ ἀσαφῶς ὁποτέρων ἀρξάντων.*

γ) Pro usitatiore accusativo absoluto genitivum invenimus his locis:

I 74,1 σαφῶς δηλωθέντος ὅτι κ. τ. ἑ.; cfr. I 76,11; 116,15.

VI 58,1 et *I 7,2 πλοϊμωτέρων ὄντων, IV 20,5 ἔτι δ' ὄντων ἀκρίτων.*

δ) Haud ita raro Thucydides usus est genitivo absoluto pro participio constructo, velut

αα) pro nominativo

III 13,30 βοηθησάντων δὲ ὑμῶν . . . προςλήψεσθε.

Ad hunc locum Classenius prorsus ex sententia Popponis-Stahlii (ad *II 83,15)* notavit: „*dieser zweite fall der alternative ist so sehr das hauptziel des gedankens, dass er im unabhängigen genitiv hingestellt ist, obwohl die davon hergeleiteten wirkungen dasselbe subject haben.*“ *Cfr. II 83,15. III 45,13; 55,5; 112,19. VIII 104,13.*

ββ) pro dativo

I 114,2 ἐς αὐτὴν διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους ἠγγέλθη αὐτῷ κ. τ. ἑ.; cfr. IV 20,14. VI 10,5.

γγ) pro accusativo

III 22,6 προςέμιξαν τῷ τείχει τῶν πολεμίων λαθόντες τοὺς

φύλακας, ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μὲν οὐ προϊδόντων αὐτῶν (sc. τῶν φυλάκων) κ. τ. ἑ.; cfr. IV 73.13. 108,8. — 130,20.

Omnibus locis adscriptis res genitivo absoluto expressa solito magis premitur.

ε) Si nomen, ad quod participium pertinet, in suas partes dividitur particulis μὲν et δέ, ex usu loquendi Graeco genitivus locum non habet, quamvis subiecta singularia, ut ita dicam, cum communi non congruant. Itaque hic locus *IV 26,9* καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον, αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο κατὰ μέρος, αἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν — modo adscriptis (vid. δ) adnumerandus est.[1])

§ 6.

Cum participium prematur, sive praecedit sive sequitur substantivum articulo instructum, explanandum nobis est, quidnam inter utramque collocationem intercedat.

a) Mihi quidem participio ante articulum collocato quaedam refellendi vis videtur inesse. Nam etiamsi his verbis *I 74,18* ὑμεῖς μὲν γὰρ ἀπό τε οἰκουμένων τῶν πόλεων (sc. ἐβοηθήσατε) — non responderent haec ἡμεῖς δὲ ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης ἔτι, tamen nescio quo pacto unusquisque illud οἰκουμένων legens oppositam quandam notionem subaudiret. Clarius etiam elucet illa participii vis, si aliis vocabulis interpositis a nomine seiungitur, velut *I 39,3* ἀξιοῦντες ... διαφόρους ὄντας ἡμῖν δέχεσθαι σφᾶς, i. e. fere *„indem sie, die (uns nicht etwa indifferent gegenüberstehen, sondern) unsere erbittertsten feinde sind, von euch verlangen u. s. w.“ Cfr. I 36,5. 44,14. III 40,21. I 6,19.*

b) Contra ad participium nomen subsequens minime eiusmodi notio opposita sentitur. Legimus *III 20,3* τῷ σίτῳ ἐπιλιπόντι, ubi participium magis premitur, quam si auctor scripsisset τῷ ἐπιλιπόντι σίτῳ. Si dixisset ἐπιλιπόντι τῷ σ., inopiae frumenti tecte opposuisset aliam notionem, velut *‚difficultatem frumenti apportandi‘* vel *‚corruptum frumentum‘*. Participium igitur una cum substantivo loco adscripto unam notionem constituit, quam nobis apte substantivo composito *‚getreidemangel‘* reddere licet vel ita, ut participium reddamus substantivo verbali,

---

[1]) De dativo et accusativo abss. vid. IV,4.

quod dicunt, cui attributum adicitur. Videmus igitur, Graecos eadem fere ratione his participiis usos esse atque Latini usi sunt participiis perfecti passivi et gerundivis ad significanda substantiva verbalia.

III 29,9 ἡμέραι ἦσαν τῇ Μυτιλήνῃ ἑαλωκυίᾳ ἑπτά; cfr. post Mytilenen captam.

I 10,7 τὰ μακρὰ τείχη οἰκοδομούμενα, den bau (das bauen) der langen mauern; I 23,24. II 68,14. IV 29,9. 44,3. 47,6. 65,18. 96,25.

Unum locum inveni, quo participium attributive collocatum similem videtur habere vim: *III 53,14 ὁ μὴ ῥηθεὶς λόγος* i. e. *τὸ τὸν λόγον μὴ ῥηθῆναι.*

c) Aliis quibusdam locis participium nomen subsequens enuntiati interpositi loco est, ut

I 13,28 Πολυκράτης, Σάμου τυραννῶν ἐπὶ Καμβύσου, κ. τ. ἑ.; cfr. 26,5. II 8,10. 13,3

atque iure editores huiusmodi participia, quae nihil nisi rem subsicivam ac lectori saepe satis notam proponunt, virgulis includunt. Hoc vero loco *I 20,6 τὸ πλῆθος Ἵππαρχον οἴονται ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος τύραννον ὄντα ἀποθανεῖν, καὶ οὐκ ἴσασιν, ὅτι Ἱππίας μὲν πρεσβύτατος ὢν ἦρχε κ. τ. ἑ.* — participia *τύραννον ὄντα* et *πρεσβύτατος ὢν* gravissimas res continent, quae vi etiam verba finita paene superant. His participiis eandem fere rationem cum nominibus intercedere existimo, quam supra (b) exposuimus, cum auctoris sensum aequantes vertere possimus ‚*der tyrann Hipparch*‘ et ‚der älteste, *nämlich Hippias*‘. Simul vero illa participia ita ad verba finita spectant, ut horum causam indicent. Quapropter locus noster quasi viam munit usui deinceps tractando.

§ 7.

Ut enim verba *τύραννον ὄντα* non solum huic rei inserviunt, ut prava vulgi opinio proponatur, sed etiam eam subiecti qualitatem continent, ad quam vulgus necem Hipparchi referebat, ita multorum verborum notio per se nimis late patens participiis vel subiecto vel obiecto appositis coartatur. Nostro sermone eiusmodi verbis obiectum attributo instructum vel infinitivum, obiecti vice fungentem, et nomen quoddam

addimus, si et personam vel rem et eius actionem proferre volumus. Graeci vero actionem vel condicionem participio exprimunt, quod ad personam vel rem, cuius qualitatem indicat, referendum est. Notissima enim res est dici ὁρῶ τὸν ἄνδρα τρέχοντα, quamvis res participio indicata maioris momenti sit quam persona substantivo expressa. Atque si vertimus: „*das laufen des knaben*" plane eandem participii vim agnoscimus atque supra expositam. Dummodo hanc a nostra diversam loquendi et cogitandi rationem recte perspiciamus, non est operae pretium, omnia verba enumerare, quae Thucydides cum participio iunxit, cum saepe e nostro arbitrio pendeat, utrum verbum quoddam illis adnumerare velimus necne. Supra laudavimus hunc locum

IV 44,3 ἦσαν γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις οἱ ἱππῆς ὠφέλιμοι ξυμμαχόμενοι; quem cum hoc *II 51,9* σῶμά τε αὔταρκες ὂν οὐδὲν διεφάνη

mihi comparanti aliud discrimen non videtur esse nisi hoc, quod αὔταρκες ὂν magis necessarium sit additamentum quam ξυμμαχόμενοι, quod integro senso potuit omitti. Quoniam autem scriptoris interfuit, participium premere eiusque vim augere adhibita praedicativa collocatione, ipsi nimirum pariter necessarium visum est atque illud αὔταρκες ὄν. Sed etiam verborum eundi, mittendi etc. notio per se non minus perspicua et perfecta quam illud ὠφέλιμον εἶναι saepe participio futuri completur. Atque si comparamus inter se hos locos:

III 13,36 ἀπέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα τεσσαράκοντα τάλαντα σταθμὸν χρυσίου ἀπέφθου et *I 107,21* ἐλπίσαντες καταπαύσειν . . . τὰ μακρὰ τείχη οἰκοδομούμενα,

varia participii collocatione eius rationem non immutari satis apparet. Porro Balkenhollius iam notavit, verbum ἄρχεσθαι apud Thucydidem cum participio non iunctum esse. Num idcirco affirmare dubitabimus, id solo casu accidisse? Quare magis e re fore arbitramur, verba de quibus agimus in genera distribuere; ita enim qua ratione ducti sint scriptores Graeci facilius cognoscitur quam ex singulis locis. Participio autem

a) mere completur notio horum verborum:

α) εἶναι, γίγνεσθαι, διαγίγνεσθαι, ὑπάρχειν, τυγχάνειν, διατελεῖν, διάγειν etc., quae omnia paene copulae vice videntur fungi.

β) Verborum sentiendi et declarandi, quorum obiecto (vel subiecto) participium adicitur. Cum enim verum obiectum non tam substantivum quam participium nobis quidem videatur esse, merito licet statuere, participio verbi finiti notionem compleri. Quod ad collocationem participii attinet, in universum idem discrimen agnoscimus, quod supra (§ 6 a—b) ostendimus. Ita loco supra adscripto *III 13,36* ἀπέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα κ. τ. ἑ. participio inest quaedam refellendi vis, quam nostro sermone hac fere ratione aequare possumus: *„dass das bild in der that (nicht etwa nach einer unzuverlässigen schätzung) 40 talente goldwert habe.“*

b) Aliqua ex parte illustratur et accuratius definitur notio verborum.

α) affectuum;

β) eundi, mittendi, παρασκευάζεσθαι;[1])

γ) laborandi, patiendi etc.

Jam ex significatione illorum verborum sequitur, participio indicari α, causam β, finem γ, rationem quandam agendi.

§ 8.

a) Inderdum apud verba modo adumbrata solum adiectivum participii vice fungi satis notum est.[2]) Neque tamen ὢν desideratur nisi apud haec verba:

α) διατελεῖν *I 34,2. VI 89,2;*
τυγχάνειν *I 32,9;*
ξυμβαίνειν *VI 34,6.*

β) ὁρᾶν *II 45,2. III 6,3 etc.;*
φαίνεσθαι *I 10,13;*
ἀποφαίνειν *III 94,21;*
εὑρίσκειν *I 20,1;*

---

[1]) Mirum videtur, quod Matthiaeus disputans, verbo παρασκευάζεσθαι participium non tam notionis complendae quam accuratius definiendae causa adiungi, non cognovit, idem valere de reliquis verbis (§ 7 b α—γ), quorum usus saepe vix discerni potest ab eo, quem infra (§ 10) tractabimus.

[2]) Vid. IV,5.

καταλαμβάνειν VIII 63,12 (nolum huc referre cum Hachio *IV 92,3* et *6*);
ἀγγέλλειν VII 17,2;
εἰδέναι IV 53,9.

Cum verba modo adscripta nullo excepto primo generi (§ 7,a) adnumeranda sint, non temere mihi videor contendere, causam cur omittatur participium ὤν referendam esse ad rationem, quam sequentes duo huiuscemodi verborum genera proposuimus. Nam si adiectivum fere eodem pacto quo dicitur δήσαντες ἐφύλασσον, verbum finitum illustrat, nunquam participium ὤν omittitur. Sed quoniam in verbis διατελεῖν etc. notio εἶναι praevalet et apud verba sentiendi et declarandi nihil nisi obiectum adiectivo illustratur, participii ὤν omissio minus mira videtur. Proxime enim accedunt huiuscemodi loci ad hunc *I 49,21 ἐνέπρησαν τὰς σκηνὰς ἐρήμους.*

b) Fere semper `participia accurate reddere possumus ita, ut particulam ‚als‘ praemittamus; neque tamen id valet de hoc loco: *I 21* fin. *ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων σκοποῦσι δηλώσει (sc. ὁ πόλεμος) ὅμως μείζων γεγενημένος αὐτῶν;* cfr. *II 50,4. III 84,12.* Haec loquendi ratio, cum qua comparari non potest participium subiecto verborum intransitivorum (velut δῆλός εἰμι) vel passivi generis transitivorum appositum, a nostra prorsus discrepat. Desideramus enim ad δηλώσει obiectum, quod ex participio subiecto tributo colligere debemus. Similiter res se habet: *I 118,20 ἐπηρώτων τὸν θεόν, εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται* et *III 44,9 ἐς τὸ λοιπὸν ξυμφέρον ἔσεσθαι . . . θάνατον ζημίαν προθεῖσι* et fortasse *I 101,12 Θάσιοι . . ὡμολόγησαν Ἀθηναίοις τεῖχός τε καθελόντες καὶ ναῦς παραδόντες,* cfr. *108,13* et *I 115,2* (*σπονδὰς ποιεῖσθαι*), *117,3* (*προςχωρεῖν ὁμολογίᾳ*). Classenius ad *I 101,12* fere ex sententia Madvigii (*Bemerk. z. synt. s. 47*) disputat, aoristi participium sine dubio ea ratione usurpatum esse, quod illa ὁμολογία demum condicionibus perfectis integra fiat; item Kuehnerus (Gr. gr. 389,e) docet „*das niederreissen der mauer und das ausliefern der schiffe werden als mit der kapitulation zusammenfallend, in derselben liegend bezeichnet.*“ At etiamsi participium futuri legeremus, tamen similem loquendi rationem agnosceremus ac prioribus locis; nam iterum quasi per anticipationem res, quae nobis obiecto exprimenda est, ut qualitas subiecto

tribuitur. Neque ab illis locis multum discrepare censeo hos *IV 30,13* Κλέων δὲ ἐκείνῳ τε προπέμψας ἄγγελον ὡς ἥξων καὶ ἔχων στρατιὰν ἣν ᾐτήσατο, ἀφικνεῖται ἐς Πύλον — nam participia continent argumentum nuntii ad Demosthenem perferendi — et *I 35,9* εἶτα ἐν ἀδικήματι θήσονται πεισθέντων ὑμῶν ἃ δεόμεθα. Loci hucusque tractati satis demonstrant, Thucydidem cogitandi ratione a nostra prorsus abhorrente participio constructo vel etiam genitivo absoluto id significavisse, quod nostro sermone obiecto vel enuntiato secundario illius vice fungente indicamus. Dubito vero, num ad idem studium spectet is usus, quod scriptor genitivis absolutis particula ὡς instructis apud verba sentiendi et declarandi id ipsum exprimit, quod sentitur vel declaratur, velut *VII 15,1* καὶ νῦν ὡς ἐφ' ἃ μὲν ἤλθομεν τὸ πρῶτον καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῶν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε; cfr. *I 84,21*. Quamquam enim nondum satis constat, quomodo particulae ὡς haec tributa sit vis, ut indicet, participio inesse subiectivam, ut ita dicam, causam, tamen satis multa exempla illam doctrinam confirmant. Quare nihil obstat, quominus l. l. vertamus: „*da ja (nach meiner meinung) eure soldaten und feldherren sich untadlig gezeigt haben, so sei eure ansicht ebenso* (οὕτω).

c) Nolim cum quibusdam viris doctis inter verba, apud quae participia fere reperiuntur, referre: ἔχειν (*I 29,28* Κορινθίους δήσαντας ἔχειν), φυλάσσειν (*I 55,7*), πολὺν ἐγκεῖσθαι (*IV 22* Κλέων πολὺς ἐνέκειτο, λέγων γιγνώσκειν, cfr. enim *I 1,1* Θουκυδίδης . . . ξυνέγραψε τὸν πόλεμον, ἀρξάμενος κ. τ. ἑ., quem locum ab illo vix discrepare censeo). Nam participia cum illis verbis coniuncta eum usum praebent, quem infra (§ 10) tractabimus. Balkenhollius autem sine dubio per errorem huc retulit *V 105,8* ὄντα δὲ (sc. τὸν νόμον) παραλαβόντες καὶ ἐσόμενον ἐς ἀεὶ καταλείψοντες χρώμεθα αὐτῷ.

§ 9.

Quia quaedam verba, velut γιγνώσκειν, κωλύειν, περιορᾶν modo cum participiis, modo cum infinitivis coniunguntur, neque cuiquam in mentem venit affirmare, participium pro infinitivo, vel hunc pro illo adhibitum esse, mirum videtur, quod viri docti aliquot locis eiusmodi structurae immutationem factam esse putant. Si enim neglectis grammaticorum praeceptis

reputaverimus, Graecos participiis indicavisse, actiones vel condiciones illis propositas re vera esse atque una cum nomine, ad quod spectant, cogitari, contra infinitivis, illas nondum ut qualitates substantivo inhaerere, atque si praetera statuerimus, illud discrimen a nobis multo minus aperte sentiri quam a Graecis, paene ineptum videbitur, Thucydidis sermonem emendare, cum nimirum ubique consulto aptam structuram adhibuerit. Sequitur quidem ex significatione quorundum verborum, velut *εὑρίσκειν*,[1]) *διαφαίνεσθαι*, *δῆλον εἶναι* etc., infinitivum apud ea locum habere non posse, cum absurdum sit eiusmodi verbis uti, si de rebus minus certis agitur; sed alia verba eas praebent significationes, ut perapte modo infinitivus modo participium ex eis pendeat. Quare potius artem scriptoris quam neglegentiam eis locis agnoscamus oportet, quibus a communi loquendi usu recedere videatur. Hachium secutus primum eos locos afferam, quibus

a) participium insolentius videtur esse.

I 32,15 περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη ... νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη. Cum *περιέστηκεν* etiam condicionem manentem indicet, participium non magis offendit quam apud verba *διαγίγνεσθαι* etc. (§ 7 a,*α*).

I 73,12 τὰ δὲ Μηδικὰ ..., εἰ καὶ δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται ἀεὶ προβαλλόμενα, ἀνάγκη λέγειν. Hunc locum non discrepare puto ab hoc: *οἱ ἱππῆς ὠφέλιμοι ἦσαν ξυμμαχόμενοι*, neque igitur refero *δι' ὄχλον εἶναι* inter ea verba, quae participium sibi adiungunt.

I 120,24 ὅ τε ἐν πολέμῳ εὐτυχίᾳ πλεονάζων οὐκ ἐντεθύμηται θράσει ἀπίστῳ ἐπαιρόμενος; cfr. IV 78,3 ἐντεθυμηθήτω .. μαχούμενος. Qui loci eandem loquendi rationem exhibent, quam supra (§ 8,b) exposuimus. Aliter vero res se habet *II 62,5 ὃ μοι δοκεῖτε οὔτ' αὐτοὶ πώποτε ἐνθυμηθῆναι ὑπάρχον κ. τ. ἑ.;* nam participium ad obiectum *ὃ* pertinet.

I 141,1 διανοήθητε ἢ ὑπακούειν .. ἢ εἰ πολεμήσομεν ... μὴ εἴξοντες. Nisi forte magis placet ad *μὴ εἴξοντες* ex *πολεμήσομεν* subaudire *πολεμεῖν*, iterum licet hunc locum adnumerare supra (§ 8,b) tractatis. Animadvertendum autem est, Thucydidem dicere

---

[1]) Item sequitur ex significatione verbi *εὑρίσκειν*, participia praesentis vel perfecti tantum cum illo iungi posse, velut cum *καταλαμβάνειν*.

non potuisse ὑπακούοντες, cum participium praesentis pugnaret cum imperativo aoristi incohativi et illo pacto prorsus alius ac iustus sensus exsisteret.

III 82,50 ῥᾷον δ' οἱ πολλοὶ κακοῦργοι ὄντες δεξιοὶ κέκληνται ἢ ἀμαθεῖς ἀγαθοί. Omnino non intellego, cur Hachius hunc locum laudaverit; nam ad κέκληνται participium non spectat.

VI 34,55 πείθεσθε οὖν, μάλιστα μὲν ταῦτα τολμήσαντες, εἰ δὲ μή, ὅτι τάχιστα τἆλλα ἐς τὸν πόλεμον ἑτοιμάζειν. Assentior Hachio ταῦτα cum ἑτοιμάζειν iungenti, quamquam si legeremus τολμήσοντες locus haud multum differret a supro adscripto *I 141,1* διανοήθητε . . μὴ εἴξοντες. Minime vero cum Poppone licet hoc exemplo uti *IV 17,3* ὅ τι ἂν ὑμῖν τε ὠφέλιμον ὂν τὸ αὐτὸ πείθωμεν — ut probemus, τολμήσαντες aptum esse ex πείθεσθε; pertinet enim ὠφέλιμον ὂν ad obiectum ὅτι, cum l. l. obiectum ad πείθεσθε demum ex ipso participio colligendum sit.

VII 68,4 νομίσωμεν ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δ' ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐκγενησόμενον ἡμῖν. Praecedente νομίσωμεν scriptor veritatem alterius sententiae aliter indicare non potuit nisi adhibito participio. Loquitur enim Thucydides sic quasi nos pro eo, quod est „*ich bin überzeugt, dass die abwehr der feinde gelingen wird*" diceremus „ich meine, *dass in der that u. s. w.*"

V 34,13 ὥστε μήτε ἄρχειν μήτε πριαμένους τι ἢ πωλοῦντας κυρίους εἶναι. Diiudicare non audeo, utrum κυρίους εἶναι per se stare possit, ut δῆλον εἶναι, an ex participio sit colligendum obiectum, velut § 8,b.

II 18,4 προςβολὰς παρεσκευάζοντο τῷ τείχει ποιησόμενοι; ita etiam Latine dicitur „*impetum facturi parabant etc.*"

III 16,12 ἠγγέλλοντο αἱ περὶ τὴν Πελοπόννησον τριάκοντα νῆες τῶν Ἀθηναίων τὴν περιοικίδα αὐτῶν πορθοῦσαι. Indicat scriptor participio, nuntium allatum a veritate non abhorruisse.

V 35,9 οὐδὲ τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης παρεῖχον ξυμμάχους τὰς σπονδὰς δεχομένους. Participium ut alibi adiectivum cum παρεῖχον iunctum est; cfr. *II 84. III 21.*

b) Pro participio infinitivus invenitur Hachio monente his locis:

II 62,20 γνῶναι ἐλευθερίαν μὲν . . ῥᾳδίως ταῦτα ἀναληψομένην, ἄλλων δ' ὑπακούσασι καὶ τὰ προκεκτημένα φιλεῖν ἐλασσοῦσθαι. Quoniam scriptor

verbo φιλεῖν usus est, participium φιλοῦντα usurpare non potuit, quo veritas notionis φιλεῖν, neque vero notionis ἐλασσοῦσθαι premeretur; at apte dixisset ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐλασσούμενα.

III 48,1 ὑμεῖς δὲ γνόντες ἀμείνω τάδε εἶναι κ. τ. ἑ. Cleo fortasse dixisset ὄντα, at Diodotus, vir humanitate et urbanitate insignis, minus arroganter suam sententiam tantum ut verisimilem proponit. Cui sententiae optime subvenit hic locus *VI 18,41* παράπαν τε γιγνώσκω πόλιν μὴ ἀπράγμονα τάχιστ' ἄν μοι δοκεῖν ἀπραγμοσύνης μεταβολῇ διαφθαρῆναι. Accuratius quam particula ἄν verbis interpositis μοὶ δοκεῖν orator urbane indicat, se suam ipsius sententiam eamque fortasse non omnibus probatam proferre.

Huc non pertinent hi loci ab Hachio adscripti:

II 64,3 γνῶτε δὲ ὄνομα μέγιστον αὐτὴν ἔχουσαν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τὸ ταῖς ξυμφοραῖς μὴ εἴκειν, πλεῖστα δὲ σώματα καὶ πόνους ἀναλωκέναι πολέμῳ; nam διὰ τὸ etiam cum ἀναλωκέναι iungendum esse, Classenius recte perspexit; — et

IV 27,18 καὶ γνοὺς ὅτι ἀναγκασθήσεται ἢ ... λέγειν .. ἢ .. φανήσεσθαι; pendet enim φανήσεσθαι ex ἀναγκασθήσεται.

Apud πυνθάνεσθαι infinitivus similiter atque apud ἀκούειν videtur significare, nuntium non ab hominibus, qui rebus nuntiatis interfuerant, allatum esse; cfr. *IV 24,9* πυνθανόμενοι τὴν νῆσον πολιορκεῖσθαι et *IV 29,5. 105,3. V 55,18. VI 75,11.* —

V 4,24 αἰσθόμενος οὐκ ἂν πείθειν αὐτούς; *cfr. VI 59,11.*

Participium οὐκ ἂν πείθων valeret, Phaeacem iam re vera conatum esse Gelensibus persuadere, sed mox sensisse, se operam perdere.

Jam vero demonstravisse nobis videmur, Thucydidem locis adscriptis minime Graeci sermonis leges violavisse.

c) Restat ut Popponis sententiam refellam, qui (Proll. p. 149) his locis revera participium pro infinitivo esse contendit:

I 138,8 μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ πεῖραν διδοὺς ξυνετὸς φαίνεσθαι. Cum Graeci dicant πεῖραν διδοὺς ξυνετὸς φαίνομαι, non est, cur negemus, eos etiam dixisse τὸ πεῖραν διδόντα ξυνετὸν φαίνεσθαι, vel si infinitivi subiectum congruit cum primario, τὸ π. διδοὺς ξυνετὸς φαίνεσθαι, praesertim cum πεῖραν διδοὺς paene valeat πείρᾳ; cfr. Haas. Lucc. p. 13—15.

I 121,20 ἐπὶ τῷ τιμωρούμενοι τοὺς ἐχθροὺς καὶ αὐτοὶ ἅμα σώζεσθαι. Optime dicitur τιμωρούμενος τοὺς ἐχθρ. κ. αὐτὸς ἅμα σώζομαι; nam καὶ — ἅμα non tam coniunctionis vice fungitur, quam efferendae notioni illis particulis inclusae inservit. Cum locis laudatis velim comparetur *II 11,19* διὰ τὸ καταφρονοῦντας ἀπαρασκεύους γενέσθαι. Accusativus idcirco hoc loco usurpatus est, quod participium et adiectivum ad praecedens τοὺς πλέονας spectant. De quarto loco

I 141,3 διανοήθητε ἢ ὑπακούειν .. ἢ εἰ πολεμήσομεν .. μὴ εἴξοντες supra (a) disseruimus.

Denique his locis Poppo infinitivum pro participio adhibitum esse contendit:

I 72,5 ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα εἶναι ... τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους .. δηλῶσαι δὲ κ. τ. ἑ. Causa inconcinnitatis, quae eo effecta est, quod μὲν non ad παριτητέα, sed ad ἀπολογησομένους trahitur, manifesta est.

IV 47,3 ξυνελάβοντο οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων κατάδηλοι ὄντες τοὺς ἄνδρας μὴ ἂν βούλεσθαι ὑπ' ἄλλων κομισθέντας .. τὴν τιμὴν τοῖς ἄγουσι προςποιῆσαι. Infinitivum plane eadem ratione usurpatum esse censeo atque *V 4,24; VI 18,41*, quibus de locis supra (b) egimus. Nam cum modo potentiali, quem vocant, consilium imperatorum Atheniensium verisimile tantum esse indicetur, notio adiectivi κατάδηλος non convenit cum vera condicione. Itaque conicio scriptorem inter scribendum demum veritum esse, ne participio adhibito nimis audacter rem pro certo affirmaret, quae aliis fortasse minus certa videretur.

IV 27,4 ὁρῶντες .. τὸν ἔφορμον .. οὐκ ἐσόμενον .. ἀλλὰ ... περιγενήσεσθαι τοὺς ἄνδρας. Illud quidem Atheniensibus minime dubium erat, sed conicere tantum poterant, Lacedaemonios inclusos vitam in posterum sustentaturos esse. Quare et participium et infinitivus suo loco est.

III.

§ 10.

Accedimus ad eum participiorum usum expediendum, quo potissimum brevitas[1]) Thucydidia continetur. Nam cum

---

[1]) Vid. IV,6.

reliqui rerum scriptores tum Thucydides magna cum arte inter complures actiones eiusdem subiecti ita distinxit, ut alias gravissimas alias tanquam leviores proponeret. Illas verbo finito, has fere participiis exprimit atque ut qualitates veri subiecti commemorat. Differunt autem haec participia ab antea illustratis his fere rebus:

α) Cum participia, de quibus supra egimus, paene adiectivorum more ad unumquodque substantivum vel pronomen possint pertinere, haec semper cum subiecto congruunt genere numero casu.

β) Inveniuntur haec participia apud quaelibet verba, neque ex horum significatione colligere licet, quaenam ratio eis cum participiis intercedat. Quare cum participia obiectis (vel subiectis) verborum ἀποφαίνειν etc. addita necessaria videantur ad sententiam integram constituendam, haec casu commemorantur et variis modis verbum finitum illustrant.

γ) Accedit quod haec participia saepe etiam solam temporalem rationem indicant, quam supra non vidimus.

δ) Solutiorem horum participiorum collocationem iam (§ 1,b) explicare conati sumus; item attigimus, ex frequenti eorum usu nonnunquam obscuritatem quandam oriri, cum lectoris arbitrio permittatur ex contextu colligere rationem, quae participiis cum verbo est, et ipsum scriptorem illas rationes adverbiis sive participio sive verbo finito adiectis illustravisse.[1]) Kuehnerus vero minus apte inter illa adverbia quasdam praepositiones retulit, cum hae tantum ad substantiva spectent. Ita *I 13,25* ἐπὶ Κύρου βασιλεύοντος (cfr. *II 2,3*; at *VIII 36* pro ἐπὶ iam omnes editores ἔτι in textum receperunt) praepositio ad Κύρου pertinet, et quamquam ἐπὶ Κύρου per se fere idem valet, quod Κύρου βασιλεύοντος, tamen ex ratione supra (§ 6,b) exposita participium praedicative additum est, velut *VI 3,11* μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας. At hoc loco *VIII 97,1* ἐπὶ .. τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς εἴκοσι ὅμως ἐπλήρουν — τοῖς ἠγγελμένοις substantivi loco est, et apte Classenius vertit: „*unter dem eindruck dieser nachricht.*"

---

[1]) Quae adverbia Thucydides adhibuerit, invenies apud Balkenhollium (l. l. §§ 14 et 15); adde ὡς *I 74,13*.

ε) Nonnulla horum participiorum paene cum verbo finito coalescunt et fere iuxta hoc collocantur, velut ἀρχόμενος (εἶπον) — τελευτῶντες (ἀπέστησαν) — παυόμενοι (λέγομεν) — ὑστερήσας ἐπὶ τὴν Ἔρεσον ἐφώρμει ἐλθών — ξυνελὼν (φαίη) — (πρᾶσσε) θαρσῶν — θαρσοῦντες (ἔπεσθε) — λαθόντες (διεκομίσθησαν) — (ἃ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἀσίας) ἔχων (apud ἔχων Thucydides saepius traiectione usus est), λαβών, παραλαβών, ἄγων, φέρων.

Saepe participium continet rem, quae prorsus per se intellegitur, velut ἐπὶ τὴν Ἔρεσον ἐφώρμει ἐλθών, ἄραντες ἔπλευσαν, ἀναθούμενοι εἷλκον etc.

ζ) Interdum haec participia, si obiectum sibi adiungunt, dativi instrumentalis loco sunt; sed participio in transcursu indicatur, quomodo instrumentum comparatum sit. *II 34,4* τὰ ὀστᾶ προτίθενται σκηνὴν ποιήσαντες; similiter *II 76,21. IV 18,15. 53,3. 69,11. 90,9.* Cfr. Haasii Lucc. p. 13—15.

η) Nullo fere sensus discrimine dicitur: *IV 127,14* φθάσαντες προκατέλαβον et *III 112,5* ἔφθασαν προκαταλαβόντες. — *II 4* λαθόντες ἐξῆλθον et *IV 133* ἔλαθεν ἀφθέντα, — *I 6,10* χιτῶνας λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες et *III 59,20* παυόμενοι λέγομεν ἤδη.[1])

θ) Haud ita raro participia maiorem habent vim, quam ipsa verba finita, quibus addita sunt, velut *II 36,17* ταῦτα δηλώσας πρῶτον εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον. Ad h. l. Classenius adnotavit: „*oft gebrauchte wendung des redners, in welcher auf dem partizip das hauptgewicht liegt*; *Dem. IV 12, V 19*; cfr. Thuc. *III 11,9. 29,4. 33,15. 53,3. 14. 105.1. IV 3,5. 17,11. 21,10. 72,5* (cfr. ad h. l. Kruegeri notam) *II 61,3. I 144,6*. et alibi.

ι) Quod ad collocationem huiusmodi participiorum attinet, in universum iure nobis contendere videmur, ea quae verbum finitum praecedunt graviora esse quam quae sequuntur. His locis participium prorsus enuntiati interpositi loco est: *I 136,18* ἐκεῖνον δ' ἂν εἰ ἐκδοίη αὐτὸν (εἰπὼν ὑφ' ὧν καὶ ἐφ' ᾧ διώκεται) σωτηρίας ἂν τῆς ψυχῆς ἀποστερῆσαι (sc. εἶπεν); cfr. *I 87,8. 137,27.*

---

[1]) Cfr. Matthiae. Gr. gr. § 557,1. Abresch. Dilucc. Thuc. 258. Bernhardy., Gr. syntax s. 475.

§ 11.

Jam idoneum fundamentum struximus ad illustrandum usum complurium participiorum ad idem verbum spectantium. Scripsit autem de hac re primus Titus Wilde[1]), nuper Hachius[2]). Sed quamquam illi viri docti summa cum diligentia varia exempla collegerunt variasque participiorum rationes illustraverunt, tamen haud satis dilucide leges, ut ita dicam, principales proposuerunt. Quae ut perspiciantur animo tenenda sunt haec:

a) participia eidem verbo adiecta
  β) vel eiusdem vel diversi generis sunt, prout aequales vel varias verbi definitiones continent,
  β) vel eiusdem vel diversi momenti, prout aut pariter necessaria sunt ad verbum illustrandum, aut unum propius ad verbum pertinet quam alterum, ita ut alterum alteri sit subiectum.

b) participia verbum finitum sequentia fere res minoris momenti continent vel paene ornamento sunt.

Jam vero ad singulas res transeamus.

A. Participia eiusdem momenti coniunctionibus inter se copulantur (etiam si pro participio constructo genitivus absolutus adhibetur).

Duo participia aut particula *καί*, aut particulis *τὲ — καὶ* (omissis aliis, velut *ἅμα — ἅμα, μὲν — δέ*) inter se copulantur eo discrimine, ut his adhibitis utrumque participium per se spectetur et magis prematur. Plerumque igitur particulas *τὲ — καὶ* apud ea participia invenimus, quae nulla affinitate inter se iuncta sunt. Quid sentiam hoc exemplo illustrabo *III 97,6 ὁ δὲ τούτοις τε πεισθεὶς καὶ τῇ τύχῃ ἐλπίσας . . ἐχώρει ἐπὶ Αἰγιτίου.* Commemorantur participiis plane diversae causae proficiscendi, quarum una cum altera minime ita cohaeret, ut *I 4,4* (*Μίνως οἰκιστὴς . . ἐγένετο Κᾶρας ἐξελάσας καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας*), ubi alterum altero praeparari, vel ut *I 8,3* (*Δήλου γὰρ καθαιρομένης . . καὶ τῶν θηκῶν ἀναιρεθεισῶν*), ubi *ἀναιρεθῆναι* partem *τοῦ καθαίρεσθαι* esse, vel ut *I 102,15* (*Ἀθηναῖοι . . δεινὸν ποιησάμενοι*

[1]) De coacervatis participiis apud Thucyd. Diss. inaug. Gorlitii 1862.
[2]) l. l. VI.

καὶ οὐκ ἀξιώσαντες . . τοῦτο παθεῖν) ubi alterum participium alterum explicare manifestum est.

Tria participia variis modis inter se copulantur, neque tamen opus videtur esse hac de re copiosius agere. Sed digna quae commemoretur haec Classenii adnotatio est: *I 2,4 τέ, nicht mit dem folgenden καὶ zu verbinden, führt in aufzählungen gern das dritte oder ein späteres glied ein; so gleich unten l. 9 (τῆς τε καθ' ἡμέραν . . τροφῆς ohne beziehung auf νεμόμενοί τε, cfr. I 69,1); cfr. I 54,9 Κορίνθιοι . . κρατήσαντες . . καὶ ἄνδρας ἔχοντες . . . ναῦς τε καταδύσαντες . . ἔστησαν τροπαῖον.*

II 84,26 οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καταδιώξαντες . . . καὶ ναῦς δώδεκα λαβόντες τούς τε ἄνδρας . . ἀνελόμενοι . . ἀπέπλεον.

I 101,11 Θάσιοι δὲ . . ὡμολόγησαν Ἀθηναίοις τεῖχος τε καθελόντες καὶ ναῦς παραδόντες χρήματά τε . . ταξάμενοι φέρειν . . τήν τε ἤπειρον ἀφέντες.

Quem particulae usum Wildius ignorans huius periodi conformationem non recte perspexit:

I 2,4 τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις . . νεμόμενοί τε τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν, καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες οὐδὲ γῆν φυτεύοντες, ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων ἄλλος ἀφαιρήσεται, τῆς τε καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς πανταχοῦ ἂν ἡγούμενοι ἐπικρατεῖν οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο. „*Qui locus*", ait Wildius[1]), „*compluribus, ut ita dicam, symplegmatis constat . . Initium capit periodus a duobus participiis coniunctione οὐδὲ copulatis . . . Sequuntur tria participia non secus inter se coniunctione καὶ conexa, quae excipit accusativus absolutus, cui subiecta est sententia secundaria duo participia continens. Haec tria symplegmata talem inter se rationem habent, ut primum causam, ut ita dicam, obiectivam exprimat sequentium participiorum, tertium ἄδηλον ὂν subiectivam.*" Equidem censeo illorum sex participiorum trina artius inter se copulanda esse, ita ut periodi figura sit haec:

1. οὐ . . . οὐδὲ . . . τέ; 2. καὶ-οὐ . . . οὐδὲ . . . τέ.

Quae perelegans structurae concinnitas respondet aeque concinnis sententiis. Nam prima prioris membri causa cum prima alterius ita videtur cohaerere, ut Thucydides Atheniensis commercio potissimum divitias comparari voluerit

---

[1]) l. l. pag. 30 sqq.

indicare; altera (ἐπιμιγνύντες) item causam continet quintae (γῆν φυτεύοντες), praesertim cum absoluto accusativo (ἄδηλον ὂν κ. τ. ἑ.) aliis verbis prior illa causa repetatur; denique per se intellegitur, tertiam causam (νεμόμενοι) cohaerere cum sexta (τῆς τε καθ'ἡμ. — ἡγούμενοι ἐπικρατεῖν). Similem sententiarum rationem video his locis: *I 37,8* τὸ δ' ἐπὶ κακουργίᾳ καὶ οὐκ ἀρετῇ ἐπετήδευσαν, ξύμμαχόν τε οὐδένα βουλόμενοι πρὸς τἀδικήματα οὐδὲ μάρτυρα ἔχειν οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι et l. 15 sqq.: κἀν τούτῳ τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικήσωσιν ἑτέροις προβέβληνται, ἀλλ' ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι, καὶ ὅπως ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι βιάζωνται, οὗ δ' ἂν λάθωσι πλέον ἔχωσιν, ἢν δέ πού τι προςλάβωσιν ἀναισχυντῶσι. Respondent nimirum inter se haec verba: ξύμμαχον — ἀδικήματα ἔχειν et ὅπως — ἀδικῶσι; μάρτυρα ἔχειν et ὅπως — ἔχωσιν; παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι et ἢν δὲ — ἀναισχυντῶσι, atque iam hac re aliqua ex parte Stahlii sententia refutatur, qui verba οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι delenda et ξύμμαχόν τε κ. τ. ἑ. cum καὶ ἡ πόλις ἅμα iungenda esse putat. Neque vero Classenii interpretatio placet: „*sie wollen bei ihren ungerechten unternehmungen weder verbündete noch zeugen haben, und auch dazu aufzufordern die schande nicht auf sich nehmen.*“ Ita enim Corinthii Corcyraeis aliquam laudem tribuerent dicentes, hos non usque adeo pudorem exuisse, ut ne puderet quidem alios invitare ad iniuriam inferendam. Quare ad παρακαλοῦντες minime cogitandum est ἐπὶ τἀδικήματα, sed absolute usurpatum est et ut saepe alibi valet ‚*ad societatem invitare*‘. Corinthii igitur dicunt, superbiam Corcyraeorum fuisse causam, cur socios sibi non comparaverint; ipsi enim se satis valere putabant, ut unumquemque hostem superare possent. Qua cum interpretatione optime congruit sententia subsequens „καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἅμα, αὐτάρκη θέσιν κειμένη, παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς .. μᾶλλον ἢ κατὰ ξυνθήκας γίγνεσθαι. Itaque αἰσχύνεσθαι hoc loco fere est ‚*sich schämen aus verletztem ehrgeiz*‘ et ἀναισχυντεῖν ‚*sich nicht schämen, weil der ehrgeiz befriedigt ist*‘.

B. Supra iam attigimus, participia ante verbum finitum collocata vi fere superare ea, quae verbum sequuntur. Eandem participiorum rationem iam apud Homerum inveniri, Titus Wilde l. l. p. 8 commemoravit; cfr. Thuc. *I 126,24* οἱ Ἀθηναῖοι τρυχόμενοι τῇ προςεδρείᾳ ἀπῆλθον οἱ πολλοί, ἐπιτρέψαντες κ. τ. ἑ.

Quae cum ita sint mirum non videtur, quod participia verbum subsequentia fere non copulantur cum praecedentibus. Cuius rei causam non cognovisse opinor Balkenhollium, quem fugit hic locus *I 21,1* ὅμως τοιαῦτα ἄν τις νομίζων μάλιστα ἃ διῆλθον οὐχ ἁμαρτάνοι, καὶ οὔ(τε) ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασι .. πιστεύων .. εὑρῆσθαι δὲ ἡγησάμενος κ. τ. ἑ. Participia νομίζων, πιστεύων, ἡγησάμενος sine dubio prorsus eiusdem momenti sunt, itaque πιστεύων cum praecedente νομίζων necessario particula καὶ iungendum erat, cum aliter ut minoris momenti proponeretur. Id vero spectans Thucydides scripsit *III 3,21* τοῖς δὲ Μυτιληναίοις ἀνὴρ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν διαβὰς ἐς Εὔβοιαν καὶ πεζῇ ἐπὶ Γεραιστὸν ἐλθών, ὁλκάδος ἀναγομένης ἐπιτυχών, πλῷ χρησάμενος καὶ τριταῖος ἐς Μυτιλήνην ἀφικόμενος ἀγγέλλει τὸν ἐπίπλουν. Cum participiis διαβάς, ἐλθών, πλῷ χρησάμενος, ἀφικόμενος ipsum iter describatur, participium ἐπιτυχὼν rem continet per se quidem gravissimam, neque tamen ad sententiam integram faciendam valde necessariam. Quis enim verbis ὁλκάδος — ἐπιτυχὼν omissis quidquam desideraret? Quare longe absum ut cum Wildio illud participium magis quam reliqua premendum esse censeam, praesertim cum omissa coniunctione ut reliquis subiectum aperte proponatur.

Quoniam vero satis dilucide explicavimus, quidnam coniunctiones spectent, non probamus eorum sententiam, qui participiis compluribus inter se copulatis celeritatem agendi lepide depingi contendunt. Nam huic rei potius inserviunt participia eiusdem momenti (cfr. § 11 init.), eaque consulto inter se non copulata. Itaque quod revera locum supra adscriptum (*III 3,21*) legentes ita afficimur, ut celeritatem agendi quasi sentiamus, non tam coniunctionibus, quam ipsis participiis celeriter inter se subsequentibus efficitur.

Luculentum autem exemplum, quo quid coniunctiones spectent illustratur, exstat *II 93,7*, ubi legimus: ἐδόκει δὲ λαβόντα τῶν ναυτῶν ἕκαστον τὴν κώπην .. πεζῇ ἰέναι ἐκ Κορίνθου ἐπὶ τὴν πρὸς Ἀθήνας θάλασσαν καὶ ἀφικομένους κατὰ τάχος ἐς Μέγαρα καθελκύσαντας ἐκ Νισαίας .. τεσσαράκοντα ναῦς .. πλεῦσαι εὐθὺς ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ. Illud καθελκύσαντας rem proponit, quae prorsus per se intellegitur, neque idcirco coniunctione cum praecedente participio copulatum est. At paullo infra legimus: καὶ ἀφικόμενοι νυκτὸς καὶ καθελκύσαντες ἐκ τῆς Νισαίας τὰς ναῦς ἔπλεον ἐπὶ μὲν Πειραιᾶ οὐκέτι. Hoc

loco nimirum consulto καθελκύσαντες premitur adhibita coniunctione. Facile quisque priorem locum legens senserit, propositam celeritatem agendi non solum verbis κατὰ τάχος et εὐθύς, sed etiam omissa coniunctione ante καθελκύσαντας depingi, cum altero loco illa adhibita τὸ καθελκύειν ut gravis res significetur. Porro illis locis inter se comparatis apparet, scriptorem non temere altero loco coniunctione usum esse. Mihi quidem persuasum est, Thucydidem priore celeritatem Lacedaemoniorum in consiliis capiendis, altero tarditatem in eis perficiendis lepide adumbravisse. Atque paene comicorum artificio usus scriptor οὐκέτι in fine sententiae videtur posuisse. Itaque non dubito l. l. illud scriptoris tecte illudendi studium agnoscere, de quo Classenius ad *II 7,9* haec disseruit: „*die auffallend grosse zahl in den kühnen hoffnungen der Lakedämonier scheint Thukydides nicht ohne anflug von ironie gesetzt zu haben, die ihn auch sonst anwandelt, wenn von den bemühungen der Peloponnesier um das übergewicht zur see die rede ist.*“ Simul loci adscripti sustentant hanc sententiam Kuehneri[1]) a nostro non ita multum abhorrentem, auctorem coniunctionibus omissis res secundarias obiter tantum tangentem ad verbum finitum contendere.

§ 12.

Restat ut de participiis diversi momenti disseram.

Tito Wildio (l. l. p. 9) auctore Balkenhollius (l. l. p. 48) docet, participia diversi generis inter se non copulari. Quod praeceptum irritum reddunt pauci quidam loci, velut *I 1,1* Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον . ., ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι κ. τ. ἑ. Horum participiorum rationem Wildius (l. l. p. 38) recte perspexit, cum participium ἐλπίσας non solum praecedentis ἀρξάμενος, sed etiam simul verbi finiti causam continere dicat; indicat enim, cur scriptor consilium historiae componendae ceperit bello modo conflato. Itaque solam coniunctionem καὶ scriptori licebat usurpare, quod adhibitis particulis τὲ-καὶ alteri participio prorsus eandem vim tribuisset ac priori. Jam vero luce clarius apparet:

---

[1]) Gr. gr. § 492,1.

primum, generis diversitatem participiorum nunquam causam esse omissionis coniunctionum, sed tantum momenti differentiam; quoniam vero fere diversi generis participia vi ac pondere inter se differunt, Balkenhollii praeceptum usu probari videtur: tum, scriptorem nonnunquam vim participii minoris momenti adiecta coniunctione consulto auxisse (cfr. *II 93,18*, quem locum supra § 11 B. adscripsimus).

Ceterum nullo iure Wildius cum l. l. comparavit hunc:

IV 34,19 οὔτε γὰρ οἱ πῖλοι ἔστεγον τὰ τοξεύματα, δοράτιά τε ἐναποκέκλαστο βαλλομένων, εἶχόν τε οὐδὲν σφίσιν αὐτοῖς χρήσασθαι ἀποκεκλημένοι μὲν τῇ ὄψει τοῦ προορᾶν, ὑπὸ δὲ τῆς μείζονος βοῆς τῶν πολεμίων τὰ ἐν αὐτοῖς παραγγελλόμενα οὐκ ἐςακούοντες, κινδύνου τε πανταχόθεν περιεστῶτος καὶ οὐκ ἔχοντες ἐλπίδα καθ' ὅτι χρὴ ἀμυνομένους σωθῆναι. Iterum Wildii error ortus est ex inscitia usus particulae τέ, quae non ad sequens καὶ spectat, sed prioribus causis (ἀποκεκλημένοι et ἐςακούοντες) tertiam adiungit, cum verba καὶ οὐκ ἔχοντες-ἐλπίδα negative, ut ita dicam, eandem causam proponant.

Neque etiam Balkenhollius merito laudavit (l. l. pag. 45) hos locos:

I 26,27 στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι . . μετὰ τῶν φυγάδων ὡς κατάξοντες καὶ τοὺς Ἰλλυρίους προςλαβόντες. Variata structura pro καὶ μετὰ τῶν Ἰλλυρίων dixit scriptor τοὺς Ἰλλ. προςλαβόντες; minime vero participia ὡς κατάξοντες et προςλαβόντες eiusdem momenti sunt. Ac praeterea omissa coniunctione inepta evaderet verborum sententia: „*ut exules reducerent in patriam Illyrios socios sibi comparaverant*“, cum re vera nihil dicatur de causa, cur Illyrii Corcyraeorum socii facti sint.

IV 32,1 οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν πρώτους φύλακας . . εὐθὺς διαφθείρουσιν ἐν ταῖς εὐναῖς ἔτι ἀναλαμβάνοντας τὰ ὅπλα καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν. Praecedente τὲ omitti non potest καί, etsi concedere debemus, particulis τὲ et καὶ deletis locum elegantiorem fieri.

V 32,5 ἐνθυμούμενοι τάς τε ἐν ταῖς μάχαις ξυμφορὰς καὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς θεοῦ χρήσαντος. Aut similem inconcinnitatem particula τὲ effectam videre licet atque *I 72* (ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα εἶναι . . τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους . . δηλῶσαι δὲ κ. τ. ἑ.), aut genitivus absolutus variata structura obiecti loco positus est; cfr. § 8a.

VII 53,19 καὶ οἱ Ἀθηναῖοι δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα καὶ παύσαντες τὴν φλόγα καὶ τὸ μὴ προςελθεῖν ἐγγὺς ὁλκάδα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν. Pertinet παύσαντες ad ἀπηλλάγησαν, ut δείσαντες ad ἀντεμηχανήσαντο; itaque verba finita particulis τὲ et καὶ inter se copulantur, nam καὶ post φλόγα alterum obiectum participii παύσαντες priori annectit.

Supersunt loci, quibus praeter opinionem participium minoris momenti coniunctione cum praecedente copulatum est.

II 4,20 λαθόντες καὶ διακόψαντες τὸν μοχλὸν ἐξῆλθον οὐ πολλοί.

II 3,30 καταδείσαντες καὶ νομίσαντες πολλῷ πλείους ἐςεληλυθέναι . . . πρὸς ξύμβασιν ἐχώρησαν.

I 109,15 μέχρι οὗ ξηράνας τὴν διώρυχα καὶ παρατρέψας ἄλλῃ τὸ ὕδωρ . . τὰς ναῦς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε; *cfr. IV 51,2. 97,6. II 76,5.*

Ubique primum participium artius cum verbo finito iungendum est, quia alterum non tam ad hoc, quem ad participium spectat. Sed quia Thucydides ex more loquendi aliunde satis noto effectum actionis altero participio expressae prius quam hoc commemorare satius duxit, coniunctionem omittere non potuit, ne plane contraria participiorum ratio exsisteret. Nam omisso καὶ *II 3,30* καταδείσαντες tantum ad νομίσαντες referretur; itaque etiam reliquis locis prava sententia oreretur coniunctione deleta.

Porro sequitur ex eis quae modo disseruimus, participium, quod artius cum verbo finito iungendum est, propius ad hoc collocari quam alterum, et perraro tantum hanc legem violari, si adhibita coniunctione participium alteri subiectum hoc subsequitur. Ceterum animadvertendum est, modo maioris modo minoris momenti participia artius cum verbo finito iungenda esse. Quae si inclusa, alia includentia appellamus, licet summam dissertationum Wildii et Hachii brevissime hac ratione proponere:

Includens participium, sive cum incluso praecedit, sive sequitur verbum finitum,

1. aut solum verbum finitum accuratius definit,

I 9,3 λέγουσι . . Πέλοπα . . δύναμιν περιποιησάμενον τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας ἔπηλυν ὄντα ὅμως σχεῖν.	*IV 133,1* Θηβαῖοι Θεσπιέων τεῖχος περιεῖλον ἐπικαλέσαντες ἀττικισμόν, βουλόμενοι μὲν καὶ ἀεὶ κ. τ. ἑ.

2. aut solum participium inclusum,

VIII 56 fin. *ἀλλ' ἄτοπα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐξαπατῆσθαι δι' ὀργῆς ἀπελθόντες κομίζονται ἐς Σάμον.*

I 1,1 *Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον.. ἐλπίσας μέγαν (τε) ἔσεσθαι.., τεκμαιρόμενος κ. τ. ἑ.*

3. aut verbum finitum et participium inclusum.

III 70,6 *λαβόντες ἐγχειρίδια ἐξαπιναίως ἐς τὴν βουλὴν ἐςελθόντες.. κτείνουσι κ. τ. ἑ.*

V 44,13 *ἀφίκοντο.. πρέσβεις κατὰ τάχος, δοκοῦντες ἐπιτήδειοι εἶναι τοῖς Ἀθηναίοις.. δείσαντες, μὴ τὴν ξυμμαχίαν... ποιήσωνται.*

IV.

1. De participio appositivo (ad § 1, 1,b).

Kernii doctrina confirmatur eis locis, quibus ex antecedentibus est colligendum, quinam homines verbo finito indicentur, vel huiusmodi locis *I 59,1 αἱ δὲ τριάκοντα νῆες τῶν Ἀθηναίων.. καταλαμβάνουσι.. τἆλλα ἀφεστηκότα. νομίσαντες δὲ οἱ στρατηγοὶ.. τρέπονται ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν.* Equidem puto, ad *τρέπονται* non solum duces, sed etiam universum exercitum cogitandum esse, cum *νομίσαντες* ad eos spectet, qui statum rerum perspiciebant, quorum ex numero duces potissimum commemorandi erant. Atque plane eadem ratione participium verbo finito adiectum semper suo nomine illustrandum est, si non ad integrum enuntiati subiectum pertinet, velut

I 119,4 οὔτε ἄλλοι εἶπον ἃ ἐβούλοντο.. κατηγοροῦντες οἱ πλείους τῶν Ἀθηναίων; cfr. *I 49,15. 61,8. II 4,9. 16,1. 54,3. 96,10. III 4,1. IV 6,3. 52,4. 56,3. 69,1. 73,19. VI 1,3. 40,2. VII 71,1,* quibus locis participium fere eos homines significat, qui ex universa copia maxime conspicui sunt, velut duces etc.

Attamen saepius utrumque subiectum easdem personas significat, ut *IV 69,1 περιετείχιζον (sc. οἱ Ἀθηναῖοι), τάφρον τε καὶ τείχη διελομένη ἡ στρατιά.* Cfr. *I 49,3. II 16,11. III 2,2. V 3,22. VI 32,5. 44,9. 62,2. VII 38,2. 77,25;* ubique nomen collectivum respondet singulis hominibus.

Interdum notio subiecti participii latius patet quam verbi: *IV 108,18 καὶ γὰρ ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς... εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι κ. τ. ἑ.;* cfr. *I 10,30. 18,20* et Class. Einleitung z. Thuk. p.

LXXXIII. Opponuntur etiam inter se particulis *μὲν* et *δὲ* diversa subiecta, quorum alterum omnino non ad participii subiectum spectat, velut *III 34,12 ὁ δὲ (Πάχης) προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν . . ., ὁ μὲν ἐξῆλθε παρ' αὐτόν, ὁ δὲ ἐκεῖνον . . ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχεν;* cfr. *IV 80,16* et simil. *II 52,16.* Eiusmodi anacoluthias rhetoricas appellare licet Poppone auctore.

2. Participium nunquam verbi finiti locum tenet (ad § 1, 1,a).

I 25,15 ὅτι αὐτῶν (Κορινθίων) παρημέλουν ὄντες ἄποικοι· οὔτεγὰρ διδόντες γέρα . . οὔτε προκαταρχόμενοι . . . περιφρονοῦντες δὲ κ. τ. ἑ.

Ad participia iterum cogitandum est *παρημέλουν.*

I 36,15 τῷ δ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε· τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια ναυτικὰ κ. τ. ἑ. sc. ἐστί.

II 29,18 Τήρης δὲ οὔτε τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων βασιλεύς τε πρῶτος ἐν κράτει Ὀδρυσῶν ἐγένετο. Pro *οὔτε* esse reponendum in textum *οὐδὲ* et *τε* expungendum, Classenius iure contendit.

II 68,18 οἱ δ' Ἀμφίλοχοι . . διδόασιν ἑαυτοὺς Ἀκαρνᾶσι καὶ προςπαρακαλέσαντες ἀμφότεροι Ἀθηναίους, οἳ αὐτοῖς Φορμίωνα τε στρατηγὸν ἔπεμψαν καὶ ναῦς τριάκοντα· ἀφικομένου δὲ τοῦ Φορμίωνος αἱροῦσι κατὰ κράτος Ἄργος. Equidem censeo, *προςπαρακαλέσαντες ἀμφότεροι* esse participium appositivum (cfr. *IV,1)* et *καὶ* valere ‚etiam‘. Ita iam Benedictus illud *καὶ* accepit, neque intellego, cur Hachius illam sententiam improbet; nam verbo *διδόασιν ἑαυτοὺς* fere idem significatur quod verbo *παρακαλεῖν*, id quod insuper praepositione *πρὸς* in *προςπαρακαλέσαντες* indicatur.

III 38,31 οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων, τὰ μὲν μέλλοντα σκοποῦντες . . καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι κ. τ. ἑ. Participium *σκοποῦντες* sicut reliqua attributa pertinet ad *εἰώθατε.*

IV 40,5 παρὰ γνώμην τε δὴ μάλιστα τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτο τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο [. . .] ἀπιστοῦντές τε μὴ εἶναι τοὺς παραδόντας τοῖς τεθνεῶσιν ὁμοίους. καί τινος ἐρομένου ποτὲ ὕστερον κ. τ. ἑ.

Hachius Popponem recte *ἀπιστοῦντες* cum sequente *ἐρομένου* iungere et absolutum nominativum esse contendit. Mihi quidem Classenius videtur recte iudicare, qui adnotavit: „*δὴ führt die natürliche folge des unerhörten vorganges ein; darum kann aber τὲ diesen satz nicht mit dem vorigen verbinden, sondern steht mit dem zweiten τὲ in der weise in verbindung, dass*

durch beide die zwei gleich beachtenswerten wirkungen der sache in dem urteil der Hellenen gegenüber gestellt werden: vgl. zu I 8,3. II 64,6. Da aber die parenthese τοὺς γὰρ — ἀποθνήσκειν *den engeren zusammenhang unterbrochen hat, folgt statt* ἀπιστοῦσι *im anschluss an* τοῖς Ἕλλησι *der nominativ* ἀπιστοῦντες, *als ob voraufgegangen wäre* τοῦτο οἱ Ἕλληνες ἥκιστα προςεδέξαντο." Eiusmodi anacoluthiam prorsus Thucydidiam esse, infra demonstrabimus (no. 3). Reliquis locis participia adiectivorum loco sunt, velut *III 44,5* εἰ μὴ ξυμφέρον.

3. (ad § 4.)

a) De generis discrepantia.

Ut participium appositivum cum suo subiecto congruit genere, numero, casu, ita eo, quod ad participium aliud ac commemoratum subiectum intellegitur, generis discrepantia exsistit, velut

I 52,2 νῆες — βουλόμενοι; cfr. *II 25,4. 91,7. 16. IV 2,12* et *I 110,10. VII 22,8. VIII 64,22. IV 15,3* τὰ τέλη — καταβάντας. Pro nomine collectivo in plurali numero posito ipsi homines, qui illo significantur, sunt cogitandi.

Huc referendi sunt hi loci:

II 47,8 ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι, et

II 76,3 ἐν ταρσοῖς καλάμου πηλὸν ἐνείλλοντες ἐςέβαλον ἐς τὸ διῃρημένον, ὅπως μὴ διαχεόμενον ὥσπερ ἡ γῆ φοροῖτο et

I 2,24 παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι . . ὡς βέβαιον ὂν ἀνεχώρουν.

Sine dubio ad διαχεόμενον cogitandum vel potius divinandum est subiectum, quod crates luto refertas significat neque tamen suppeditat. Item ad λεγόμενον *(II 47,8)* non νόσημα (cfr. Herm. ad Viger. pag. 43), sed indefinitam quandam notionem cogitandam esse cum Classenio opinor. Atque quod scholiastes ad tertium locum adnotavit: ὡς βεβαίας οὔσης τῆς οἰκήσεως — idcirco minus placet, quod illa οἴκησις nullo verbo tangitur. Quare iterum Classenio adstipulor, qui praepositionem παρὰ etiam ad ὡς βέβαιον ὂν (sc. χωρίον vel simile quid) pertinere censet.

b) De numeri discrepantia.

I 24,9 πόλις — στασιάσαντες; cfr. *III 1,7. 2,2. 79,10. 110,6. IV 78,20. V 10,48* et *I 73,9* ἕκαστον — ἀφικομένους.

Pro nomine collectivo (πόλις, ὅμιλος, μέρος, τὸ κοινόν, στράτευμα,

δῆμος et *Λέσβος, Σαλαμινία)* et pronomine (*ἕκαστος, τὶς, ἕτερος*) ipsi homines illis significati cogitantur.

Rarius singularis participii sequitur pro plurali:

IV 73,28 τῷ μὲν Βρασίδᾳ αὐτῷ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν πόλεων ἄρχουσιν .. ὡς ἐπικρατήσαντι; cfr. *II 16,10. III 109,11. IV 112,9. V 21,13* etc.

c) De casus permutatione.

Huc non pertinet, quod haud ita raro genitivus absolutus pro participio coniuncto usurpatur. Invenimus vero participii

α) nominativum pro

αα) genitivo

I 110,2 οὕ τω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσαντα; at comparantibus nobis cum nostro loco Herod. *VIII 9,3 οὐκ ἐς τοῦτο θράσεος ἀνήκει τὰ Ἑλλήνων πρήγματα* manifestum videtur esse, illa verba meram circumscriptionem substantivi *Ἕλληνες* exhibere.

Hoc loco *I 115,16 τῶν δὲ Σαμίων, ἦσαν γάρ τινες οἳ .. ἔφυγον ..., ξυνθέμενοι .. διέβησαν* et *VIII 30,1* nominativus propter sententiam interpositam adhibitus est. At

VIII 104,12 ἐπειγομένων δὲ τῶν Πελοποννησίων πρότερόν τε ξυμμίξαι, καὶ κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν τῶν Ἀθηναίων ὑπερσχόντες αὐτοὶ τῷ εὐωνύμῳ ἀποκλῇσαι τοῦ ἔξω αὐτοὺς ἔκπλου et *V 41,10* scriptor videtur consulto nominativo usus esse, ut sermonis obscuritatem minueret; nam *ὑπερσχόντων αὐτῶν* facile quisque ad *τῶν Ἀθηναίων* spectare opinaretur.

IV 52,10 pro *διάνοια ἦν* cogitavit scriptor *διενοοῦντο.*

ββ) dativo

III 36,8 ἔδοξεν αὐτοῖς .. ἐπικαλοῦντες, quasi praecederet *ἐβουλεύσαντο;* cfr. *IV 108,19. 40.5. VI 24,10. VII 42,7.*

γγ) accusativo

II 53,12 ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε.. τὸ μὲν κρίνοντες; cfr. III 36,2.

Ut his locis pro activo passivum, ita pro passivo activum scriptor in animo habuisse videtur his locis *VI 61,22 εἴρητο δὲ προειπεῖν αὐτῷ ..., θεραπεύοντες,* et *V 70,1 ἡ ξύνοδος ἦν (=ξυνελέγοντο) ... Ἀργεῖοι μὲν ἐντόνως χωροῦντες.* Pro *ἡγούμενοι V 36,18* restituendum est *ἡγουμένους.*

β) dativum pro

αα) genitivo. *I 62,9 ἦν δὲ ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως (= ἔδοξε τῷ Ἀρ.).. ἔχοντι.* At prorsus diversa ratione his locis dativus legitur:

IV 10,11 μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ ... εὔπορον ἔσται. Popponem, qui censet dativum neglegentia librariorum in textum receptum esse, fugisse videtur hic locus: *IV 56,1* τοῖς Ἀθηναίοις τότε τὴν παραθαλάσσιον δῃοῦσι .. τὰ μὲν πολλὰ ἡσύχασαν. Invenimus utroque loco dativum ethicum, quem vocant. Cfr. quae Classenius disseruit in appendice ad *IV 10,11.*

γ) accusativum pro

αα) nominativo. *IV 84,5* ὅμως .. πεισθὲν τὸ πλῆθος .. δέξασθαί τε αὐτὸν μόνον καὶ ἀκούσαντας βουλεύσασθαι, δέχεται κ. τ. ἑ.; *cfr. I 12,1* ἡ Ἑλλ.ς μετανίστατο .. ὥστε μὴ ἡσυχάσασαν αὐξηθῆναι, et *VI 4,12. VII 34,24.*

Jure mihi quidem Classenius et Lobeckius (ad Phryn. p. 750 not.) videntur contendere, accusativum locis adscriptis retinendum esse, cum similiter ac genitivis absolutis pro participio constructo usurpatis etiam accusativo efficiatur, ut participium magis suapte vi stet.

Hoc vero loco *II 74,3* ἐβουλεύσαντο .. ἀνέχεσθαι καὶ γῆν τεμνομένην, εἰ δεῖ, ὁρῶντας καὶ ἄλλο πάσχοντας κ. τ. ἑ. — accusativi adhibiti sunt, quasi apta esset sententia ex interposito δεῖ.

ββ) genitivo absoluto *I 140,8* τοὺς ἀναπειθομένους ὑμῶν δικαιῶ, τοῖς κοινῇ δόξασιν .. βοηθεῖν, ἢ μηδὲ κατορθοῦντας τῆς ξυνέσεως μεταποιεῖσθαι. Cum sub prima sententia videatur latere haec: δικαιῶ ὑμᾶς πάντας ἀναπείθεσθαι, accusativus minus offendit.

γγ) dativo *I 53,1* ἔδοξεν αὐτοῖς ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐσβιβάσαντας προπέμψαι; *cfr. I 31,9. 72,5. IV 15,18. V 79,3. VI 4,12.* Ubique pro ἔδοξεν αὐτοῖς solum ἔδοξεν scriptori obversabatur. Similiter *IV 2,9* εἶπον δὲ τούτοις καὶ Κερκυραίων ἅμα παραπλέοντας .. ἐπιμεληθῆναι et *I 28,3* ὁ δὲ προεῖπε τοῖς μεθ' αὐτοῦ τριακοσίοις .. χωρήσαντας πειρᾶσαι — accusativi inveniuntur, quasi praecederet solum εἶπον et προεῖπε; *cfr. II 7,13.*

At *II 11,29* πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾶν πάσχοντάς τι ἄηθες ὀργὴ προςπίπτει ne minimam quidem causam anacoluthiae indagare possum. Itaque Boehmii interpretationem solam rectam esse arbitror „*denn alle befällt zorn, vor ihren augen und auf frischer that zu sehen, wie sie ungewohntes leiden*". Nam potius pronomen σφᾶς subaudiendum, quam tam miram anacoluthiam agnoscendam esse puto.

4. De a) dativo et b) accusativo absoluto (ad § 5 extr.)

a) Dativus absolutus ubique referendus est ad dativum commodi vel ethicum.

α) Itaque solo casu iuxta genitivum absolutum invenitur locis supra (3) adscriptis *IV 10,13. 56,1.* Conferantur praeterea hi loci: *IV 120,6. II 62,22. V 46,21. VIII 24,32.*

β) Facile intellegitur ratio dativi huiusmodi locis

αα) τῷ πλήθει οὐ βουλομένῳ ἦν τὸ ἀφίστασθαι cfr. IV 80,7. 85,13 (βουλομένοις) ββ) I 10,34 τὸ μέσον σκοποῦντι .. φαίνεται; cfr. I 21,12. 24,1. II 51,1. 49,6.

Uno hoc loco *II 96,1 τοὺς ὑπερβάντι Αἷμον Γέτας* dativus vere absolutus est, cum ei nulla cum verbo quodam intercedat quasi affinitas.

b) Aliunde notum usum accusativi absoluti ipsa exempla illustrent:

αα) I 120,18 εὖ δὲ παρασχόν (παρέσχε impersonaliter usurpatur); *IV 85,2. I 124,1. 76,14. III 40,20. IV 18,21. 85,2. 19,11. 95,4.*

ββ) I 2,8 ἄδηλον ὄν; IV 17,6. I 28,4. VII 15,17. 44,19.

γγ) I 140,13 εἰρημένον, III 96,3. V 65,5. VII 25 fin.

δδ) IV 125,5 χωρωθὲν δὲ οὐδέν.

Cum subiectum participii pronomine indefinito expressum non offendat, viri docti dissentiunt, num etiam substantivum accusativo participii possit adiungi, velut

III 53,10 τεκμαιρόμενοι προκατηγορίας τε ἡμῶν οὐ προγεγενημένης .., τό τε ἐπερώτημα βραχὺ ὄν. Non est cur non assentiamur Classenio, qui haec adnotavit: „*der accusativ schliesst sich nach der parenthese ungenau dem voraufgehenden genitiv an, als ob etwa λογιζόμενοι, σκοποῦντες voraufgegangen wäre.*" Cfr. *V 32,5.* Reliquis locis apud accusativos absolutos particula *ὡς* reperitur. Neque tamen probo, quae Kuehnerus (Gr. gr. § 489, anm. 6) docet: „*da der gebrauch des acc. abs. ohne ὡς bei bestimmtem subjekt selten, mit ὡς hingegen häufig ist, so dürfte vielleicht die ansicht richtiger sein, dass in dem letzteren falle der accusativ mit seinem particip als objekt eines verbi sentiendi oder declarandi, das durch ὡς angedeutet wird, aufzufassen sei*", quamvis in eandem fere sententiam disputaverit Hermannus (ad Viger. 328).

5. De omissione participii (ad § 8,a).

Cum apud verba supra adscripta solum adiectivum pro participio adhibitum aliquam habeat explicationem, in casibus absolutis iure offendit. Caveamus vero necesse est, ne nimiam fidem tribuamus eis locis, quibus potissimum viri docti usi sunt ad participii ὤν omissionem demonstrandam. Nam *III 69,2* deleto καὶ post χειμασθεῖσαι — quod fieri debere ratiocinatio subtilior nobis persuadet — minime haesitamus. Neque cum Kuehnero his locis *IV 135* τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος τελευτῶντος καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη (sc. ὄν Kuehn.) et *VIII 101* ἐντεῦθεν δὲ ἔτι πολλῆς νυκτὸς (sc. οὔσης K.) παραπλεύσαντες . . ἀφικνοῦνται ἐς Ῥοιτεῖον ἤδη τοῦ Ἑλλησπόντου (sc. ὄν K.) participium omissum esse concedimus comparatis his locis: I 30,20 χειμῶνος ἤδη III 106,3 νυκτὸς ἤδη V 17,1 πρὸς τὸ ἔαρ ἤδη III 3,4 ἔτι νύκτα 13,1 ἔτι ἐν εἰρήνῃ. Atque cum legamus III 112,9 ἅμα ὄρθρῳ et IV 32,5 ἅμα δὲ ἕῳ γιγνομένῃ, eandem fere rationem cognoscimus atque eam, quae est inter ἐπὶ Κύρου et ἐπὶ Κύρου βασιλεύοντος. Illud ἐς Ῥοιτεῖον ἤδη τοῦ Ἑλλησπόντου dictum est ut ἐς Οἰνόην τῆς Ἀττικῆς.

Mirum est, quod III 112,10 et IV 32,2 ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς omisso participio legitur. Quoniam vero utroque loco illis verbis non solum loci, sed etiam propter additum ἔτι temporis significatio proponitur, fortasse idcirco participium omissum est, quod partim ad verbum finitum, partim ad obiectum pertinent.

De hoc loco III 82,6 καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ οὐκ ἂν ἐχόντων πρόφασιν οὐδ' ἑτοίμων παρακαλεῖν αὐτούς, πολεμουμένων δὲ καὶ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ προςποιήσει ῥᾳδίως αἱ ἐπαγωγαὶ τοῖς νεωτερίζειν τι βουλομένοις ἐπορίζοντο — Classenius in appendice copiosius egit; neque tamen eius sententiam probabiliorem esse iudico quam varias virorum doctorum coniecturas. Equidem censeo, illud ἑτοίμων, cum iustum sensum non praebeat, spurium esse, atque velim recipiatur pro οὐδ' ἑτοίμων in textum οὐδετέρων, quod sequenti ἑκατέροις respondeat. Ceterum ad verba ἐν μὲν εἰρήνῃ (= εἰρήνην μὲν ἀγόντων) et πολεμουμένων Lacedaemonios et Athenienses subiectum esse puto et post πολεμουμένων δὲ interpungo; porro καὶ ante ξυμμαχίας valere ‚etiam' et artius cum ἑκατέροις copulandum, praeterea dativis κακώσει et προςποιήσει illas προφάσεις indicatas

esse arbitror, quibus bello nondum conflato factionibus uti non licebat. Nimirum ἐναντίων simul factionum et Lacedaemoniorum sive Atheniensium adversarios significat. Itaque hanc esse verborum sententiam existimo: „cum bello inter Lacedaemonios et Athenienses nondum coorto neutri factioni iusta causa suppeditaret, qua illis ut opem ferrent persuaderet, at bello conflato: vel societatem utraque facile petendo impetrabat, cum iure affirmare posset, suos adversarios etiam illorum esse, quibus oppressis communium hostium vires minutum iri, et ipsos se fideles et fortes socios praebituros esse, cum pro sua salute pugnarent atque ex omni adversariorum detrimento commodum caperent.

Duobus locis II 35,1 et III 94,15 sine dubio ὄν omissum est (ὡς καλόν). Neque tamen diiudicare audeo, utrum ipse scriptor consulto, ne syllaba ον bis repetita aures offenderet (cfr. τὸν λόγον τόνδε ὡς καλὸν ὄν), illud ὄν addere noluerit (cuius rei exempla collegit Stallbaumius ad Plat. Gorg. p. 495,c), an librarii errore exciderit.

6. Arguta brevitas et densitas Thucydidis in ipsis participiis cernitur (ad § 10), cum

a) participii notio solito magis efferatur.

1. I 66,7 ὅτι ἐλθόντες σφίσιν ἐμάχοντο; cum alibi ἐλθόντες paene supervacaneum additamentum videatur esse, nostro loco Classenio recte monente premendum est, quia et ipsum opprobrium quoddam contineat; cfr. I 67,4 καὶ κατεβόων ἐλθόντες Ἀθηναίων, ubi participio subest notio studendi vel cupiendi; cfr. I 115,8. II 72,19. 79,5. III 65,5. V 32,15. VI 61,29. 92,4.
2. IV 10 ῥᾳδίως αὐτῷ οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως. Adverbium iam indicat οὔσης esse pro ὑπαρχούσης (cfr. Goeller. et Popp. ad h. l., qui comparat VII 4 ῥᾷον .. ἔσεσθαι, VII 28 ἡ κομιδὴ θᾶσσον .. οὖσα; Sall. Iug. uti prospectus nisusque per saxa utilius foret.); I 2,5 τῆς ἐμπορίας οὐκ οὔσης i. e. ὑπαρχούσης. Imprimis εἶναι cum negatione coniunctum valere ὑπάρχειν, Classenius ad l. l. adnotavit; cfr. I 49,3. 52,2. II 89,9. VII 36,5. 70,4. VIII 96,2.

II 13,4 τὴν ἐςβολὴν ἐσομένην (re vera futuram.)

II 44,2 τῶν οὐκ ὄντων; cfr. 45,2.

3. I 127,9 ἄγων τὴν πολιτείαν; cfr. II 65,34.

4. II 71,11 τῶν ἐθελησάντων i. e. qui tam animosi fuerant.

b) ad participii notionem alia sit subaudienda

I 71,21 πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων; cfr. V 26,23.

I 140,18 αἰτιώμενοι; cfr. I 82,4. VII 14,9 et ibid. ἐπιτάσσοντες

IV 32,13 οὐ τυχόντες; cfr. II 74,15.

Alia ratione ad γνόντες et αἰσθόμενοι obiectum saepe ex praecedentibus subintellegitur; cfr. Class. ad VIII 62,5 et IV 70,2. 4,1.

II 23,3 ἐνστάντες simul continet finem agendi, cum fere valeat ἐνστ. ὡς ἀμυνούμενοι.

III 93,14 ἐκφοβήσαντες τοὺς ἀνθρώπους i. e. perterrebant plebem et terrore efficiebant, ut urbem relinqueret; cfr. VIII 44,9 simil. III 108,4.

II 91,13 ναῦς φθάσασα i. e. περιπλεύσασα φθάσασα; cfr.

II 10,11 εὔνοιαν ἔχουσα ἡμᾶς πρᾶξαι = εὔνοιαν ἔχουσα καὶ δι' αὐτὴν ἐλπίζουσα.

III 83,12 καταφρονοῦντες i. e. καταφρονοῦντες νομίζοντες; cfr. V 40,16.

II 4,15 χρησάμενος ἐς τὸν μοχλόν, i. e. χρησ. ἐςβαλὼν κ. τ. ἑ.

Contra ea saepe participium sub verbo finito latet:

VII 11,8 ὅπερ ἡμᾶς ἐκφοβοῦσι i. e. ἐκφοβοῦντες λέγουσι.

V 111,20 φιλονεικῆσαι i. e. φιλονεικοῦντες ἑλέσθαι.

VI 17 ὡμίλησε = ὁμιλήσασα ἔπραξε.

V 25,40 διεκρίθησαν = διακριθεῖσαι ἀπέπλευσαν.

V 17,14 προῄδει = προειδὸς ἀπέφηνε.

Ex praecedente verbo finito vel participio aliud participium cogitandum est:

V 41,8 ἔπειτα δ'οὐκ ἐώντων Λακεδαιμονίων .. μεμνῆσθαι .. ἀλλὰ ἑτοῖμοι εἶναι κ. τ. ἑ.; ex ἐώντων subintellegendum est εἰπόντων.

I 90,15 ex δηλοῦντες colligas εἰπόντες (cfr. I 102,14 τὴν μὲν ὑποψίαν οὐ δηλοῦντες, εἰπόντες δὲ ὅτι κ. τ. ἑ.)

Denique quod Quintilianus X, 1,73 iudicavit, densum et brevem et semper instantem sibi esse Thucydidem, ut universa hac dissertatione, ita etiam huiusmodi locis probatur:

I 35,21 ναυτικῆς τῆς ξυμμαχίας διδομένης.

I 52,7 ὁρῶντες .. σφίσι πολλὰ τὰ ἄπορα ξυμβεβηκότα; cfr. ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα δοκεῖ λέγεσθαι.

Vita.

Ludovicus Nagel natus sum a. d. III Non. Jul. MDCCCLVI in vico Marchico, cui est nomen Hohenbruch, patre Gustavo matre Bertha e gente Sauer, quos adhuc superstites esse pio animo gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis domestica disciplina imbutus frequentavi gymnasium Fridericum-Guilelmum Berolinense et per novem fere menses gymnasium Vitebergense, quo relicto in seminarium magistrorum Berolinense receptus sum et post triennium venia impetrata pueros primordia litterarum docui in schola quadam privata. Post novem menses munere me abdicavi et studiis diu intermissis operam navare coepi. Itaque paullo post iterum receptus sum in gymnasium Fridericum-Guilelmum, quod etiamnunc auspiciis Kernii viri humanissimi maxime floret. Vere anni h. s. LXXIX maturitatis testimonio instructus et civibus universitatis Fridericae-Guilelmae Berolinensis adscriptus per octies sex menses interfui scholis v. ill. Dillmann, Erman, Harms, Huebner, Kirchhoff, Muellenhoff, Paulsen, Roediger, Scherer, Schmidt, Semisch, Vahlen, Zeller, quibus viris optime de me meritis gratias ago quam maximas semperque gratiam habebo.

Typis expresserunt W. & S. Loewenthal, Berolini C.





